Հայկական գիտահետազոտական հանգույց
Armenian Research & Academic Repository

Սույն աշխատանքն արտոնագրված է «Ստեղծագործական համայնքներ ոչ առևտրային իրավասություն 3.0» արտոնագրով

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonComercial 3.0 Unported (CC BY-NC 3.0) **license.**

Դու կարող ես.

պատճենել և տարածել նյութը ցանկացած ձևաչափով կամ կրիչով

ձևափոխել կամ օգտագործել առկա նյութը ստեղծելու համար նորը

You are free to:

Share — copy and redistribute the material in any medium or format

Adapt — remix, transform, and build upon the material

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII PAPAE IX

EPISTOLA ENCYCLICA.

ՍՐԲԱԶԱՆ ՏԵԱՌՆ ՄԵՐՈՅ

ՊԻՈՍԻ Թ. ՔԱՀԱՆԱՅԱՊԵՏԻ

ԹՈՒՂԹ ՇՐՋԱԲԵՐԱԿԱՆ

Սերիք.
78

1873

1 1/2

Ստեփաննոս Պօղոսեան
ՍԵՐԵԲՐԱԿԵԱՆՑ
Աստրախան

2002

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII PAPAE IX

EPISTOLA ENCYCLICA.

ՍՐԲԱԶԱՆ ՏԵԱՌՆ ՄԵՐՈՅ

ՊԻՈՍԻ Թ. ՔԱՀԱՆԱՅԱՊԵՏԻ

ԹՈՒՂԹ ՇՐՋԱԲԵՐԱԿԱՆ

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE IX

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAM, ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS, CLERUM AC POPULUM
RITUS ARMENII

GRATIAM ET COMMUNIONEM APOSTOLICAE SEDIS

HABENTES

ROMAE

MDCCCLXXIII.

282
П-62

78

ՍՐԲԱԶԱՆ ՏԵԱՌՆ ՄԵՐՈՅ

ՊԻՈՍԻ

ԱՍՏՈՒԱԾԱՅԻՆ ՆԱԽԱԽՆԱՄՈՒԹԵԱՄԲ

ՔԱՀԱՆԱՅԱՊԵՏԻ Թ.

ԹՈՒՂԹ ՇՐՋԱԲԵՐԱԿԱՆ

ԱՌ ՊԱՏՐԻԱՐՔՆ, ԱՐՔԵՊԻՍԿՈՊՈՍՈՒՆՍ, ԵՊԻՍԿՈՊՈՍՈՒՆՍ

ԱՌ ԿՂԵՐՆ ԵՒ ԺՈՂՈՎՈՒՐԴՆ ՀԱՅԱԾԻՍ

ՈՐ Ի ՇՆՈՐՀՍ ԵՒ Ի ՀԱՂՈՐԴՈՒԹԵԱՆ ԱՌԱՔԵԼԱԿԱՆ ԱԹՈՌՈՅՆ ԵՆ

ՀՌՈՄ

1873.

36571 ա. հ.

(4821/41) (19763-59)

VIENNAE
TYPIS ET SUMPTIBUS CONGREGATIONIS MECHITHARISTICAE.

Լ. 878.
78-2001

VEN. FRATRIBUS ANTONIO PETRO IX PATRIARCHAE CILICIAE, ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS, ET DILECTIS FILIIS CLERO AC POPULO RITUS ARMENII, GRATIAM ET COMMUNIONEM APOSTOLICAE SEDIS HABENTIBUS

Առ մեծարգոյ եղբարս
Անտոն Պետրոս Թ. Պատրիարք Տանն Կիլիկիոյ,
առ Արքեպիսկոպոսունս, առ Եպիսկոպոսունս
եւ առ սիրելի որդիս առ կղերն եւ ժողովուրդն հայածէս,
որոնք Առաքելական Աթոռոյն
շնորհաց եւ հաղորդութեան մէջ են:

PIUS PP. IX.

VEN. FRATRES ET DILECTI FILII, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

1. Quartus supra vigesimum elapsus iam annus est, cum Nos recurrentibus sacratissimis diebus, quibus novum sidus gentibus illuminandis in Oriente affulsit, apostolicas Nostras[1] litteras *ad Orientales* dedimus; ut catholicos in fide confirmaremus, eos vero qui extra catholicam Ecclesiam misere versantur, ad unicum Christi ovile revocaremus. Nobisque laeta spes affulgebat, futurum ut, auxiliante Deo et Salvatore nostro Jesu Christo, christianae fidei puritas latius propagaretur, et ecclesiasticae disciplinae studium in Oriente reflouresceret; cui componendae atque ad normam sacrorum canonum ordinandae Nostram auctoritatem adfore pollicebamur. Quantam vero ex eo tempore sollicitudinem gesserimus de Orientalibus, quove charitatis affectu eos prosequuti fuerimus, Deus scit: quae vero eum in finem praestiterimus, omnes noverunt, utinam et omnes rite intelligerent. Verum imperscrutabili Dei iudicio factum est, ut expectationi et curis Nostris res minime responderint; et modo non laetari, verum ob novam calamitatem, qua nonnullae premuntur Orientalium Ecclesiae, dolere potius atque ingemiscere debeamus.

[1] Quarum initium *In Suprema* datas die 6. Ianuarii 1848.

ՊԻՈՍ Թ. ՔԱՀԱՆԱՅԱՊԵՏ

ՄԵԾԱՐԳՈՅ ԵՂԲԱՐՔ ԵՒ ՍԻՐԵԼԻ ՈՐԴԻՔ

ՈՂՋՈՅՆ ԵՒ ԱՌԱՔԵԼԱԿԱՆ ՕՐՀՆՈՒԹԻՒՆ

1. Քսանուչորս տարի է, որ այն սուրբ օրերուն տարեդարձին, որոնց մէջ հեթանոսները լուսաւորելու համար Արեւելք նոր աստղ ծագեցաւ, Մեր Առաքելական Թուղթն Առ Արեւելեայս յղեցինք[1]. որպէս զի ուղղափառները հաւատքի մէջ հաստատենք, իսկ Կաթողիկէ Եկեղեցիէն դժբախտութեամբ դուրս գտնուողները՝ Քրիստոսի միակ փարախը կանչենք: Գեղեցիկ յոյս մ'ալ կը ցոլանար Մեզի, որ Աստուծոյ եւ Փրկչին մերոյ Յիսուսի Քրիստոսի օգնութեամբը՝ քրիստոնէական սուրբ հաւատքն աւելի եւս տարածուի, եւ եկեղեցական հրահանգաց փոյթն ու ջանքն Արեւելք նորէն ծաղկի. եւ այն հրահանգները յարդարելու եւ սուրբ կանոնաց համեմատ կարգաւորելու համար Մեր իշխանութեան ձեռնտուութիւնը կը խոստանայինք: Բայց թէ այն ժամանակէն վեր որչափ հոգ ու խնամածութիւն ցուցուցինք Արեւելեայց վրայ, եւ ինչպիսի գթով ու գորովով վարուեցանք անոնց հետ, Աստուած գիտէ. իսկ թէ այն վախճանաւ ինչ բաներ ի գործ դրինք՝ ամենքը գիտեն, եւ երանի թէ ամենքն ալ ինչպէս որ պէտք է՝ հասկընային: Սակայն Աստուծոյ անքննելի դատաստանաւն իրերը Մեր ակնկալութեան եւ խնամոց համեմատ չեղան. եւ հիմայ նորանոր աղետից պատճառաւ՝ որոնց տակ Արեւելեայց Եկեղեցիներէն ոմանք ընկճած են, չէ թէ ուրախանալու՝ հապա աւելի ցաւելու եւ հեծելու առիթ ունինք:

[1] Այս Թղթին սկիզբն է Ի Գերագոյն, եւ գրուած է 1848ին, Յունուարի 6ին:

2. Quod enim auctor fidei et consummator Christus Jesus iam ante praemonuerat[1], multos scilicet in eius nomine venturos qui dicerent, ego sum Christus, et multos seducerent, id vos in praesentia pati atque experiri coacti estis. Namque communis humani generis hostis et inimicus, excitato tribus abhinc annis in urbe Constantinopolitana novo schismate apud Armenos, totus in eo est, ut saeculari sapientia et haeretico sermone atque astutae fraudis subtilitate, vi etiam, dum licet, adhibita, subvertat fidem, veritatem corrumpat, scindat unitatem. Cuius simulationes et dolos deplorans, unaque detegens S. Cyprianus aiebat[2]: „Rapit de ipsa Ecclesia „homines, et dum sibi appropinquasse iam lumini „atque evasisse saeculi noctem videntur, alias ne„scientibus tenebras rursus infundit, ut cum evan„gelio Christi et cum observatione eius et lege non „stantes, christianos se vocent, et ambulantes in „tenebris habere se lumen existiment, blandiente „adversario atque fallente; qui secundum Apostoli „vocem transfigurat se velut angelum lucis (2. Cor. „XI. 14), et ministros suos subornat velut ministros „iustitiae, asserentes noctem pro die, interitum pro „salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam „sub praetextu fidei, antichristum sub vocabulo Chri„sti: ut dum verisimilia mentiuntur, veritatem sub„tilitate frustrentur.“

3. Etsi autem novi huiusce schismatis initia, multis uti assolet involuta essent ambagibus, Nos tamen illius pravitatem et pericula praesentientes, statim pro Nostro debito obstitimus, datis apostolicis litteris, alteris die 24 Februarii 1870, quae incipiunt *Non sine gravissimo*, alteris die 20 Maii eiusdem anni, quarum initium est *Quo impensiore*.

[1] Matth. XXIV. 5.

[2] Lib. de Unit. n. 3.

2. Վասն զի դուք հիմայ ստիպուած էք կրել եւ անձամբ փորձել այն բանը, որմէ յառաջագոյն զգուշացուցած էր Առաջնորդն հաւատոց եւ կատարիչն Յիսուս, թէ “Բազումք գայցեն յանուն իմ եւ ասիցեն թէ ես եմ Քրիստոսն, եւ զբազումս մոլորեցուցանիցեն[1],,: Ինչու որ մարդկային ազգին հասարակաց հակառակորդն ու թշնամին՝ ասկէ երեք տարի յառաջ Կոստանդնուպոլիս քաղաքը Հայոց մէջ նոր հերձուած մը յարուցանելով, ամենայն ճգամբ կը ջանայ որ աշխարհային իմաստութեամբ, հերետիկոսական խօսքերով ու խաբէական նենգամիտ նրբութեամբ, միանգամայն կարելի եղած տեղ՝ բռնութիւն բանեցընելով՝ հաւատքը կործանէ, ճշմարտութիւնն ապականէ եւ միութիւնը բաժանէ: Նոյն թշնամւոյն կեղծաւորութիւններն ու խաբէութիւններն ողբալով եւ միանգամայն զանոնք յերեւան հանելով՝ կ'ըսէ Ս. Կիպրիանոս. “Նոյն իսկ Եկեղեցիէն զմար“դիկ կը յափշտակէ, որոնք իրենք զիրենք լուսոյ մօտեցած եւ “աշխարհքիս գիշերէն զերծ կարծած ատեննին, զիրենք՝ առանց “իրենց իմանալուն՝ ուրիշ խաւարաւ նորէն կը պատէ. այնպէս որ “թէեւ Քրիստոսի աւետարանէն, անոր պահպանութենէն եւ “օրէնքէն հեռացած ըլլան, սակայն եւ այնպէս իրենք զիրենք “քրիստոնեայ կ'անուանեն, եւ ի խաւարի շրջելով՝ կարծեն թէ “լոյս ունին: Վասն զի այնպէս կը շողոքորթէ ու կը խաբէ Հա“կառակորդը, որ Առաքելոյն խօսքին համեմատ (Բ. Կորն. “ԺԱ. 14) Կերպարանի ի հրեշտակ լուսոյ եւ իւր պաշտօնեաները “կը կերպարանէ իբրեւ պաշտօնեայ արդարութեան, որոնք գիշերը “լոյս կը ցուցընեն, կորուստը՝ փրկութիւն, յուսահատութիւնը՝ “կերպարանօք յուսոյ, նենգաւոր կեղծաւորութիւնը՝ պատրուա“կաւ հաւատոյ, զՆեռն՝ անուամբ Քրիստոսի. որպէս զի հաւա“նական սուտեր զրուցելով՝ ճշմարտութիւնը նրբութեամբ պա“րապի հանեն[2],,:

3. Թէպէտ եւ այս նոր հերձուածոյն սկիզբն՝ ինչպէս որ հասարակօրէն կ'ըլլայ՝ շատ կնճռեալ էր, սակայն Մենք անոր չարութեան ու վտանգներուն կանխազգած ըլլալով, Մեր պարտուց համեմատ՝ փութով դէմ կեցանք առաքելական թղթերով, որոնցմէ մէկն է 1870, փետրուարի 24ին գրածնիս, որ կը սկսի *Ոչ առանց ամենածանր*, իսկ մէկալը՝ նոյն

[1] Մատթ. ԻԴ. 5:

[2] Վասն Միութ. Եկեղ. (Հայ. էջ 9—10):

Verum eo res processit, ut eiusdem schismatis auctores et asseclae, despectis Apostolicae huius Sedis hortationibus, monitis, et censuris, pseudopatriarcham sibi eligere non reformidaverint: quam electionem omnino irritam atque schismaticam esse, et electum una cum suis electoribus canonicas poenas incurrisse declaravimus Nostris litteris, quarum initium *Ubi prima*, datis die undecima Martii ann. 1871. Porro catholicorum ecclesiis violenter usurpatis, legitimo Patriarcha Ven. Fr. Antonio Petro IX finibus Imperii Othomanici exire compulso, ipsa patriarchali Ciliciensi sede, quae est in Libano, militari manu occupata, civili etiam praefectura potiti, catholicae Armeniae genti incubarunt, eamque ab Apostolicae Sedis communione et obedientia una secum divellere omnimodis conniţuntur. Id vero ut ex eorum sententia cedat, multum adlaborat alter e Neoschismaticis sacerdotibus Ioannes Kupelian, quem iam antea in civitate Diarbekirien. seu Amiden. turbas foventem et schisma excitantem, Ven. Fr. Nicolaus Archiepiscopus Martianopolitanus, Apostolicus in Mesopotamia aliisque regionibus Delegatus, auctoritate Nostra publice ac nominatim excommunicaverat, et ab Ecclesia catholica abscissum declaraverat. Ille enim postquam sacrilegam episcopalem consecrationem a Pseudopatriarcha recepit, et potestate potitus est, catholicos Armenii ritus, qua suasionibus qua minis publice illatis, dominationi suae submittere praesumit atque contendit. Quod si umquam fieret, ad miserrimam illam conditionem catholici omnino reverterentur, quam ante quadraginta duos annos patiebantur, dum potestati veterum sui ritus schismaticorum erant obnoxii.

4. Equidem Nos nihil intentatum reliquimus, ut, more praedecessorum Nostrorum, quorum auctoritatem, patrocinium et opem spectatissimi quique

տարւոյն Մայիսի 20ին, որ կը սկսի *Որչափ մեծագոյն*։ Սակայն իրերն այնչափ յառաջացան, որ նոյն հերձուածին գործիչներն ու հետեւողները՝ արհամարհելով Առաքելական Գահիս յորդորները, խրատներն ու բանադրանքները, իրենց սուտանուն պատրիարք ընտրել յանդգնեցան։ Իսկ Մենք՝ 1871, Մարտի 11ին գրուած առաքելական թղթով, որուն սկիզբն է *Իբրեւ առաջին*, յայտնեցինք որ այն ընտրութիւնը բոլորովին անվաւեր ու հերձուածողական է, եւ թէ ընտրուողը եւ թէ ընտրողները կանոնական պատժոց տակ են։ Դարձեալ ուղղափառաց եկեղեցիները բռնութեամբ յափշտակելով, օրինաւոր Պատրիարքը՝ մեր Մեծարգոյ Եղբայրն Անտոն Պետրոս Թ. Օսմանեան պետութեան սահմաններէն ելլելու բռնադատելով, նոյն իսկ Կիլիկիոյ Լիբանան եղած պատրիարքական աթոռը զինուորական միջամտութեամբ գրաւելով, միանգամայն քաղաքային ազգապետութիւնն ալ ձեռք ձգելով, կաթուղիկէական Հայ ազգին վրայ ծանրացան, եւ ամէն կերպով կը ջանան որ զանիկայ Առաքելական Գահին հաղորդակցութենէն ու հնազանդութենէն իրենց հետ մէկտեղ քակեն տանին։ Բայց որպէսզի անիկայ իրենց դիտման համեմատ յաջողի, շատ կը ճգնի Նոր-հերձուածող քահանաներէն մէկը՝ Յովհաննէս Քիւփէլեան, զոր որ արդէն յառաջագոյն՝ Տիարպէքիր կամ Ամիդ քաղաքին մէջ խռովութիւններ տածելուն եւ հերձուած յարուցանելուն պատճառաւ՝ մեր Մեծարգոյ Եղբայրը Նիկողայոս Մարտիանուպոլսոյ Արքեպիսկոպոսը, որ Միջագետաց եւ ուրիշ գաւառաց մէջ առաքելական նուիրակ է, Մեր իշխանութեամբը հրապարակաւ եւ յանուանէ բանադրած եւ Կաթուղիկէ Եկեղեցիէն հատեալ հրատարակած էր։ Վասն զի անիկայ սուտանուն Պատրիարքէն սրբապղծութեամբ եպիսկոպոսական ձեռնադրութիւն ընդունելէն եւ իշխանութեան հասնելէն ետեւ, հալածէս ուղղափառները կէս մը խոստմամբք եւ կէս մը սպառնալեօք պահանջեց եւ ջանաց իւր իշխանութեան տակ ձգել։ Որ եթէ յաջողէր, ուղղափառք նորէն այն շատ խեղճ վիճակը կը դառնային, որուն մէջ ասկէ քառասուներկու տարի յառաջ կը հեծէին՝ իրենց համածէս հին հերձուածողաց իշխանութեան տակ նուաճուած ժամանակնին։

4. Ստուգիւ բան չմնաց որ Մենք չփորձենք, որպէս զի այս վիշտերէն զձեզ ազատենք, հետեւելով Մեր այն նախորդաց՝ որոնց իշխանութիւնը, պաշտպանութիւնն ու օգ-

Ecclesiarum Orientalium Episcopi et Patres in similibus temporum et rerum adiunctis implorare consueverunt, a vobis tanta mala depelleremus. Quem etiam in finem extraordinarium Nostrum legatum istuc misimus; ipsumque celsissimum Othomanicum Imperatorem, ne in aliquo deesse videremur, singulari Nostra epistola nuper adivimus, rogantes, ut ad iustitiae tramitem illata catholicis Armeniis damna sarcirentur, et gregi suo Pastor exsul redderetur. At quominus haec Nostris votis responderent, eorum obstiterunt artes, qui dum se catholicos dicunt, inimici sunt crucis Christi.

5. Eo itaque res devenisse patet, ut valde timendum sit, ne novi schismatis auctores et asseclae in peius proficiant, atque infirmiores in fide vel minus cautos tam ex Armeniis quam ex aliorum rituum catholicis, quod illis propositum est, seductos in viam perditionis possint abducere. Idcirco vos iterum alloqui, atque, discussis tenebris et multa caligine quibus veritatem circumfundi novimus, universos monere, ipsa apostolici Nostri muneris ratione compellimur; ut scilicet stantes confirmemus, labantes fulciamus, et eos etiam qui a veritate et unitate catholica miserrime defecerunt, si tamen quod a Deo enixe poscimus audire voluerint, ad bonam frugem auxiliante Deo revocemus.

6. Potissima fraus, ad novum schisma obtegendum adhibita, est catholicum nomen, quod illius auctores et asseclae licet auctoritate Nostra, Nostroque iudicio condemnati usurpare praesumunt. Hoc enim solemne semper fuit haereticis atque schismaticis, ut se catholicos nuncuparent, multaque de se praeclare edicerent, ut populos simul et principes in errorem inducerent. Quod de iisdem inter ceteros testatus S. Hieronymus Presbyter[1] aiebat: „Solent

[1] Comment. in Isaiae caput XIX. vv. 12. 13.

նախանձութիւնը՝ Արեւելեայ Եկեղեցիներուն ամէն երեւելի Եպիսկոպոսներն ու Հարքն իսկ սովոր էին խնդրել ասոր նման ժամանակներու եւ դէպքերու մէջ: Այն վախճանաւ միանգամայն Մեր արտաքոյ կարգի Նուիրակը հոն խաւրեցինք. եւ ամենեւին բանի մը մէջ պակաս չգտնուելու համար՝ մօտ ատեններս Մեր առանձին Նամակաւը նոյն իսկ Օսմանեանց վեհափառ Կայսեր դիմեցինք, եւ աղաչեցինք որ արդարութեան շաւղաց հետեւելով՝ ուղղափառ Հայոց վնասները դարմանուին եւ տարագիր Հովիւն իւր հօտին դառնայ: Բայց այս մեր բաղձանաց կատարման խափանիչ եղան անոնց խաբէական արուեստները, որոնք իրենք զիրենք ուղղափառ կ'անուանեն, բայց իրօք Քրիստոսի խաչին թշնամիներն են:

5. Այսպէս իրերը յայտնապէս հոն հասան, որ կրնայ շատ վախցուիլ թէ գուցէ նոր հերձուածին գտիչներն ու հետեւողներն աւելի գէշին երթալով՝ թէ Հայերէն եւ թէ այլածէս ուղղափառներէն — վասն զի աս ալ միտքերնին դրած են — տկարահաւատներն եւ անզգոյշները, հրապուրանօք կորստեան ճամբան խոտորեցընեն: Անոր համար Մեր առաքելական պաշտօնէն ստիպուած ենք, դարձեալ Մեր խօսքը ձեզի ուղղելու, եւ փարատելով այն խաւարն ու մառախուղը, որով ինչպէս իմացանք, պաշարած են ճշմարտութիւնը, զամէնքդ ալ զգուշացընելու, որպէս զի կանգուն կեցողները հաստատենք, ինկողներուն նեցուկ ըլլանք, եւ նաեւ զանոնք՝ որոնք խեղճ կերպով կաթողիկէ ճշմարտութենէն ու միութենէն ինկան, Աստուծոյ օգնութեամբը զգաստութեան բերենք, եթէ անսալ ուզեն, զորն որ ջերմաջերմ կը խնդրենք Աստուծմէ:

6. Գլխաւոր խաբէութիւնը՝ որն որ նոր հերձուածը պատրուակելու կը գործածուի, կաթուղիկեայ անունն է, զորն որ նոյն հերձուածոյն գտիչներն ու հետեւողները՝ թէեւ Մեր իշխանութեամբն ու դատաստանաւը դատապարտուած ըլլան, յանդըգնութեամբ կը գործածեն: Վասն զի հերետիկոսաց եւ հերձուածողաց սովորական բան մ'եղած է՝ իրենք զիրենք կաթուղիկեայ անուանել եւ փառաւոր անուններ իրենց տալ, որպէսզի ժողովուրդն ու իշխանները համանգամայն մոլորցընեն: Ս. Յերոնիմոս Քահանան ասոնց վրայ ի մէջ այլոց կը գրուցէ. "Հերետիկոսներն իրենց թագաւորին կամ Փարաւոնին սովոր

„haeretici regi suo vel Pharaoni dicere, filii sumus „sapientum, qui ab initio doctrinam nobis Apostolicam „tradiderunt; filii sumus regum antiquorum qui appel- „lantur reges Philosophorum; et habemus scientiam „Scripturarum iunctam sapientiae saeculari."

7. Ut autem se probent catholicos, provocant Neoschismatici ad quamdam, uti aiunt, fidei declarationem ab eis editam die 6 Februarii ann. 1870, quam a catholica fide nullatenus dissentire dictitant. Verum nemini umquam licuit catholicum se probare, concinnatis pro arbitrio suo fidei formulis, in quibus ea reticeri solent, quae profiteri non placet; sed illis omnino subscribendum est quae ab Ecclesia proponuntur, uti omnium temporum ecclesiastica historia testatur.

8. Subdolam autem et captiosam fuisse fidei formulam ab eis editam ex eo etiam confirmatur, quod reiecerint declarationem seu professionem fidei auctoritate Nostra de more propositam; cui subscribere eos iusserat Ven. Fr. Antonius Iosephus Archiepiscopus Thyanaeus, apostolicus Constantinopoli Delegatus, monitoriis litteris ad eos datis die 29 Septembris eodem anno. Alienum quippe est, tam a divina Ecclesiae ordinatione, quam a perpetua et constanti eius traditione, posse quemquam catholicam fidem suam probare seque catholicum veraciter asserere, nisi Apostolicae huic Sedi satisfaciat. Ad hanc enim [1] propter potentiorem principalitatem, omnem Ecclesiam, hoc est eos qui sunt undique fideles oportet convenire: et qui [2] cathedram Petri super quem fundata est Ecclesia deserit, nonnisi mendaciter se in Ecclesia esse confidit: ut iam schismaticus [3] et peccator sit, qui alteram collocet contra

[1] S. Irenaeus. Lib. 3. contr. haeres. cap. 3.
[2] S. Cyprian. Lib. de Unitate n. 4.
[3] S. Optat. Milev. de schism. Donatist. lib. 2.

«են ըսել. Այն իմաստնոց որդիքն ենք մենք՝ որ ի սկզբանէ Առա- «քելական վարդապետութիւնը մեզի աւանդած են. որդիք ենք «այն նախնի Թագաւորաց՝ որոնք իմաստասիրաց Թագաւորք կ'ա- «նուանուէին, եւ աստուածաշունչ Գրոց գիտութիւնը՝ աշխար- «հային իմաստութեան հետ միանգամայն ունինք[1]»:

7. Իսկ Նոր-Հերձուածողք կաթուղիկեայ ըլլալնին ցուցնելու համար 1870, փետրուարի 6ին իրենցմէ հրատարակուած գրութեան մը կը դիմեն, զորն որ իրենք հաւատոյ յայտարարութիւն կ'անուանեն, եւ կը պնդեն որ ասիկայ կաթուղիկէ հաւատքին ամենեւին չի հակառակիր: Սակայն ամենեւին մէկու մը երբեք ներուած չէ կաթուղիկեայ ըլլալը ապացուցանել՝ ըստ կամի հաւատոյ դաւանութիւններ յօրինելով, որոնց մէջ՝ ինչ որ դաւանիլ չ'ուզուիր՝ կը լռուի. հապա անվրէպ ան դաւանութեանց ձեւերուն պէտք է ստորագրել, զորոնք Եկեղեցին մեր առջեւը կը դնէ, ինչպէս որ բովանդակ ժամանակաց եկեղեցական պատմութիւնը կը վկայէ:

8. Իսկ թէ իրօք անոնցմէ հրատարակուած հաւատոյ դաւանանքը նենգաւոր եւ խաբէական էր՝ անով ալ կը հաստատուի, որ ըստ սովորութեան Մեր իշխանութեամբն առջեւնին դրուած հաւատոյ յայտարարութիւնը կամ դաւանութիւնը մերժեցին, որուն հրամայած էր որ ստորագրեն մեր Մեծարգոյ Եղբայրն Անտոն Յովսէփ Թիանու արքեպիսկոպոսն եւ Կոստանդնուպոլսոյ Առաքելական նուիրակը՝ նոյն տարւոյն Սեպտեմբերի 29ին յորդորական թուղթ մը անոնց խաւրելով: Որովհետեւ օտարոտի բա՞ն է՝ թէ Եկեղեցւոյ աստուածային կարգաւորութեան եւ թէ մշտնջենաւոր ու հաստատուն աւանդութեան նայելով, որ կարենայ մէկն իր հաւատքը՝ ուղղափառական ցուցնել եւ ինք զինքը ճշմարտութեամբ կաթուղիկեայ անուանել, առանց այս Առաքելական Գահը գոհ ընելու: Վասն զի սոյն Առաքելական Գահին[2] առաւելագոյն գլխաւորութեանը համար հարկ է որ բովանդակ Եկեղեցին, այսինքն՝ ամէն տեղ գտնուող հաւատացեալք, անոր հետ միաբանին. եւ ով որ[3] Պետրոսի աթոռը կը թողու՝ որուն վրայ Եկեղեցին հիմնուած է, ստութեամբ միայն ինք զինքն Եկեղեցւոյ մէջ կը կարծէ. վասն զի արդէն հերձուածող[4] ու մեղաւոր է ով որ ուրիշ գահ մը կը կանգնէ Երանելւոյն

[1] Մեկն. Եսայ. Գլ. ԺԹ. 12, 13:
[2] Ս. Իրեն. Գիրք. Գ. Ընդդէմ հերձ. Գլ. Գ:
[3] Ս. Կիպր. Վասն Միութ. (Հայ. էջ 11):
[4] Ս. Ոպտատ. Միղեւ. վասն հերձ. Դոնատ. Գիրք. Բ:

singularem B. Petri cathedram, a qua[1] in omnes venerandae communionis iura dimanant.

9. Id profecto non latuit Orientalium ecclesiarum praeclarissimos Episcopos; qua de re in synodo Constantinopoli celebrata anno 536, Mennas eiusdem urbis Episcopus[2] aperte declarabat probantibus Patribus, „Nos, sicut charitas vestra novit, Apostolicam Sedem „sequimur et obedimus; et ipsius communicatores, „communicatores habemus, et condemnatos ab ipsa, „et nos condemnamus.“ Luculentius etiam et expressius, S. Maximus[3] Abbas Chrysopolitanus et fidei confessor de Pyrrho Monothelita agens profitebatur: „Si vult haereticus non esse neque audire, non isti „aut illi satisfaciat; superfluum quippe hoc et irra„tionabile est: quia sicut uno contra eum scandali„zato, omnes scandalizati sunt, ita quoque uno „satisfacto omnes procul dubio satisfiunt. Festinet „pro omnibus Sedi Romanae satisfacere. Hac enim „satisfacta, communiter ubique omnes pium hunc et „orthodoxum praedicabunt. Nam frustra loquitur, qui „mihi similes suadendos ac surripiendos putat; et „non satisfacit et implorat sanctissimae Romanorum „Ecclesiae beatissimum Papam, id est Apostolicam „Sedem, quae ab ipso incarnato Dei Verbo, sed et „omnibus sanctis synodis secundum sacros canones „et terminos, universarum quae in toto terrarum „orbe sunt sanctarum Dei Ecclesiarum, in omnibus „et per omnia percepit et habet imperium, auctori„tatem et potestatem ligandi et solvendi.“ Quare Ioannes Episcopus Constantinopolitanus, quod postea ab universa Oecumenica Synodo VIII factum est, solemniter protestabatur „sequestratos a communione „Ecclesiae catholicae, id est in omnibus non con„sentientes Sedi Apostolicae, eorum nomina inter „sacra non esse recitanda mysteria“[4]: quo palam

[1] Concil. Aquilejen. et S. Ambros. ep. XI ad Imperatores.
[2] Labb. Collect. Concil. Edit. Ven. T. VII. c. 1279.
[3] Epist. ad Petrum illustrem. Coll. Conc. T. VI. col. 1520.
[4] Libell. Ioan. Ep. Const. ad S. Hormisd. — Concil. Oecum. VIII. Act. 1.

Պետրոսի միակ գահին հակառակ, որմէ[1] մեծարգոյ հաղորդութեան իրաւունքներն ամենուն վրայ կը ծաւալին կ'իջնան:

9. Արդարեւ ասոր անտեղեակ չմնացին Արեւելեայց եկեղեցիներուն ամենէն հռչակաւոր Եպիսկոպոսները. եւ ասոր վրայ 536ին Կոստանդնուպոլիս գումարուած ժողովոյն մէջ, նոյն քաղքին Մինաս Եպիսկոպոսը յայտնապէս ըստ Հարց հաւանութեամբը. “Մենք, ինչպէս որ Սիրելի եղբարքդ գիտէք, “Առաքելական Գահին կը հետեւինք եւ կը հնազանդինք. անոր “հետ հաղորդութեան մէջ եղողներուն հետ հաղորդակից կ'ըլ“լանք, եւ անոր դատապարտածները՝ մենք ալ կը դատապար“տենք[2]„: Աւելի յայտնի եւ որոշ կերպով կը վկայէ Միակամեայ Պիւռոսի վրայ խօսելով՝ Ս. Մաքսիմոս Քրիսոպոլսեցի Վանահայրն ու հաւատոյ խոստովանողը. “Եթէ հերետիկոս չ'ու“զեր ըլլալ եւ ոչ իսկ ըսուիլ, ոչ ասիկայ կամ անիկայ հաճե“լու աշխատի, ինչու որ աւելորդ եւ մտաց հակառակ բան է. “վասն զի ինչպէս որ մէկուն իր վրայ գայթակղելովը՝ ամենն ալ “գայթակղեցան, այսպէս ալ զմէկը հաճելովը՝ զամենքն ալ ան“տարակոյս գոհ կ'ընէ: Թող աճապարէ՝ ամենէն յառաջ Հռո“մայ Գահը հաճեցընէ: Վասն զի զանիկայ գոհ ընելէն ետեւ, “ամենքն ալ առ հասարակ զինքն ամեն տեղ բարեպաշտ եւ “ուղղափառ կը քարոզեն: Որովհետեւ փայրապար կը խօսի՝ ինծի “նմանները համոզել ու պատրել ուզողը, եւ գոհ չ'ըներ ու “չ'աղաչեր Հռոմայ սուրբ Եկեղեցւոյն Երանելի Պապին, “այսինքն Առաքելական Գահուն, որ նոյն իսկ Աստուծոյ մար“մնացեալ Բանէն, եւ միանգամայն սուրբ կանոնաց եւ սահմա“նադրութեանց համեմատ՝ ամէն սուրբ ժողովներէն, բովանդակ “տիեզերաց մէջ գտնուող ամեն Աստուծոյ Եկեղեցիներուն վրայ “ամեն բանի մէջ եւ ամենայն կերպով առած է եւ ունի իշխա“նութիւն, հեղինակութիւն եւ կարողութիւն կապելու եւ արձա“կելու[3]„: Անոր համար Կոստանդնուպոլսոյ Եպիսկոպոսն Յովհաննէս՝ հրապարակաւ բողոքեց, ինչպէս որ յետոյ Ութերորդ տիեզերական ժողովն ալ ըրաւ, թէ “Կաթուղիկէ Եկեղեցւոյ “հաղորդութենէն բաժանեալներուն անունները, այսինքն անոնց՝ “որոնք ամեն բանի մէջ Առաքելական Գահին հետ չեն միաբա-

[1] Ժող. Ակուիղ. եւ Ս. Ամբ. Թղթ. ԺԱ. առ ինքնակալս:
[2] Լաբ. Բոլ. Ժող. Տպգր. Վենետ. Հտ. Է. էջ 1279:
[3] Թղթ. առ Պետր. Երեւ. Բոլ. Ժող. Հտ. Զ. էջ 1520:

19763-59

significabat, se eos uti veraciter catholicos non agnoscere. Quae omnia tanti sunt ponderis, ut quisquis a Romano Pontifice schismaticus fuerit iudicatus, donec omnem eius potestatem expresse non admittat et revereatur, ab usurpando catholico nomine cessare omnino debeat.

10. Hoc vero cum minime iuvet Neoschismaticos, idcirco recentiorum haereticorum vestigia sectantes eo confugerunt, ut iniustam fuisse praedicarent, ideoque nullius roboris ac momenti sententiam schismatis et excommunicationis in eos Nostro nomine latam a Ven. Fr. Archiepiscopo Thyanaeo, Apostolico Delegato in urbe Constantinopolitana: cui acquiescere vel ea de causa se non potuisse dixerunt, ne fideles ipsorum ministerio fraudati ad haereticos transfugerent. Nova autem haec sunt et veteribus Ecclesiae Patribus ignota prorsus et inaudita. Etenim „cuncta per mundum novit Ecclesia, quoniam quo-„rumlibet sententiis ligata Pontificum, Sedes B. Petri „Apostoli ius habeat resolvendi, utpote quae de „omni ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam „de eius liceat iudicare iudicio“[1]. Quare cum Ianseniani haeretici similia docere ausi fuissent[2], de contemnenda scilicet praetextu iniustitiae excommunicatione a legitimo Praelato inflicta, deque implendo ea non obstante proprio, uti aiebant, cuiusque debito, Clemens XI fel. rec. praedecessor Noster huiusmodi propositiones, minime alienas a nonnullis articulis Ioannis Wicleff iampridem a Synodo Constantiensi et a Martino V condemnatis, proscripsit atque damnavit in Constitutione *Unigenitus* edita contra Quesnelli errores. Etsi enim propter humanam infirmitatem fieri quandoque posset, ut quis a suo Praelato censuris iniuste plecteretur, opus tamen est, uti

[1] S. Gelas. ad Episcopos Dardaniae. epist. 26. §. 5. [2] Const. *Unigenitus* prop. 91. 92. 93.

նիր, Նուիրական խորհրդոց մէջ պէտք չէն քննուիլ[1]»: որով յայտնապէս կը նշանակէր թէ զանոնք իբրեւ ճշմարիտ կաթուղիկեայ չի ճանչնար: Եւ այս ամենայն այնչափ ծանրակշիռ է՝ որ Հռոմայ քահանայապետէն իբրեւ հերձուածող վճիռ ընդունողը, մինչեւ որ նորէն անոր բովանդակ իշխանութիւնը յայտնապէս չընդունի եւ չյարգէ, կաթուղիկեայ անունը գործածելէն պէտք է բոլորովին դադրի:

10. Բայց որովհետեւ աս բանը Նոր-հերձուածողաց ամենեւին չի նպաստեր, անոր համար նորագոյն հերետիկոսաց շաւղին հետեւելով՝ հոն ապաւինեցան, որ անիրաւ՝ ուստի եւ բոլորովին անվաւեր եւ արժէք չունեցող համբաւեն այն վճիռն, որով զանոնք հերձուածող եւ հաղորդութենէ դուրս հրատարակած էր մեր անուամբը մեր Մեծարգոյ Եղբայրը Թիանու Արքեպիսկոպոսն եւ Կոստանդնուպոլսոյ Առաքելական Նուիրակը: Եւ այն վճիռը՝ այն պատճառաւ մանաւանդ յանձն առնուլ չէնք կրնար, ըսին, որ չըլլայ թէ հաւատացեալք մեր հոգեւոր սպասաւորութենէն զրկուելով՝ հերետիկոսաց դիմեն: Բայց ասիկայ նոր բան մըն է եւ Եկեղեցւոյ հին Հարց բոլորովին անծանօթ եւ անլուր: Վասն զի «աշխարհքիս ամէն կողմը բոլոր Եկեղեցին «գիտէ թէ որեւիցէ քահանայապետաց (եպիսկոպոսաց) վճիռ-«ներով կապեալները՝ Երանելոյն Պետրոսի Աթոռն իրաւունք «ունի արձակելու, ինչու որ բովանդակ Եկեղեցին ըստ օրինի դա-«տելու իրաւունք ունի, եւ ամենեւին մէկը չի կրնար անոր վճի-«ռը դատաստանի տակ ձգել[2]: Անոր համար երբ Յանսենեան հերետիկոսներն ասոր նման բաներ վարդապետելու ժպրհեցան[3], այսինքն՝ ըսին թէ կրնայ մէկը օրինաւոր եպիսկոպոսէն իւր վրայ դրուած բանադրանքն իբրեւ անիրաւ արհամարհել եւ անոր դէմ իւրաքանչիւր ոք կրնայ իրեն պատշաճ ու պարտաւոր համարեալ պարտքը կատարել, մեր Նախորդը բարեյիշատակ Կղեմէս ԺԱ. այն նախադասութիւնները՝ որ ամենեւին տարբեր չէին Յովհաննու Վիքլէֆի քանի մը յօդուածներէն, զորոնք Կոստանդիոյ ժողովը եւ Մարտինոս Ե. արդէն դատապարտած էին, մերժեց ու դատապարտեց Կուեսնելեայ մոլորութեանց դէմ հանած *Միածին* կոնդակով: Վասն զի թէպէտ երբեմն մարդկային տկարութեամբ կրնայ պատահիլ, որ մէկուն վրայ

[1] Գիրք Յովհ. Կոստանդ. Եպիս. առ Ս. Որմիզդ: — Ը. Տիեզ. Ժող. Արձ. Ա:
[2] Ս. Գելաս. առ Եպիսկոպոսունս Դարդանիայ. Թղթ. ԻԶ. §. 5:
[3] Սահմանադր. Միածին Նախադ. 91. 92. 93:

monuit S. Gregorius Magnus praedecessor Noster[1] „ut is, qui sub manu Pastoris est, ligari timeat vel „iniuste, nec Pastoris sui iudicium temere repre„hendat; ne etsi iniuste ligatus est, ex ipsa tumidae „reprehensionis superbia, culpa, quae non erat, fiat.“ Quod si vel iniuste ligato a suo Pastore formidandum est, quid de iis dicendum, qui ideo ligati sunt, quod suo Pastori et Apostolicae huic Sedi rebelles inconsutilem Christi vestem, hoc est Ecclesiam, novo schismate lacerarunt et dilacerant?

11. Charitas vero, qua praesertim sacerdotes tenentur prosequi fideles, sit oportet „*de corde puro et conscientia bona et fide non ficta*“ uti monuit Apostolus[2]: qui etiam ea recensens, per quae debemus exhibere nosmetipsos sicut Dei ministros, addebat *in charitate non ficta, in verbo veritatis*[3]. Ipse autem Christus Deus, qui[4] *charitas est*, aperte edixit, sicut ethnicos et publicanos eos habendos, qui Ecclesiam non audierint[5]. Ceterum Euphemio Constantinopolitano Episcopo similia oggerenti respondebat S. Gelasius praedecessor Noster[6]: „Pastorem sequi grex debet ad pascua „salutaria revocantem, non per devia gregem pastor „errantem.“ Etenim „docendus est populus, non „sequendus: nosque si nesciunt, eos quid liceat „quidve non liceat, commonere, non his consensum „praebere debemus“[7].

12. At enim non de dogmate actum fuisse aiunt Neoschismatici, verum de disciplina; hanc enim respicit Nostra Constitutio, quae incipit ***Reversurus***,

[1] Hom. XXVI in Evangelia §. 6.
[2] 1. Tim. I. 5.
[3] 2. Cor. VI. 6.
[4] 1. Ioan. IV. 8.
[5] Matth. XVIII. 17.
[6] Epist. 3 ad Euphemium n. 15.
[7] S. Caelestin. PP. ad Episcop. Apul. et Calabr. n. 3.

իւր Եպիսկոպոսէն անիրաւութեամբ եկեղեցական պատիժ մը գրուի, սակայն՝ ինչպէս որ Մեր նախորդը Ս. Գրիգոր Մեծն կը զգուշացընէ, հարկ է “որ Հովուին ձեռքին տակ եղողը՝ “նաեւ անիրաւութեամբ կապուելէն վախնայ, եւ ոչ ալ իւր “Հովուին դատաստանը յանդգնութեամբ ստգտանէ. որպէս զի “չըլլայ թէ յանիրաւի կապուած ատեն՝ ուռուցեալ ամբար“տաւանութեամբ ստգտանելովը՝ ուր որ յանցանք չկար, յան“ցանք գոյանայ[1],,: Եւ եթէ իւր Հովուէն յանիրաւի կապուողը վախնալու է, ի՞նչ ըսել պէտք է անոնց վրայ, որոնք անոր համար կապուեցան, վասն զի իրենց Հովուէն եւ Առաքելական Գահէն ապստամբելով՝ Նոր հերձուածով Քրիստոսի առանց կարանի պատմուճանը, այսինքն՝ զԵկեղեցին, պատռեցին եւ կը պատռեն:

11. Իսկ սէրն՝ որով մանաւանդ քահանայք հաւատացելոց ետեւէն երթալու կը պարտաւորին, հարկ է ըլլալ “ի սուրբ սրտէ եւ ի մտաց բարեաց եւ յանկեղծաւոր հաւատոյ[2],, ինչպէս որ Առաքեալը կը յորդորէ. որն որ նաեւ այն ամենայն մէկիկ մէկիկ յառաջ բերելով՝ թէ ինչ կերպով զմեզ Աստուծոյ պաշտօնեայ պէտք ենք ընծայեցընել, կը յաւելու. “ի սէր առանց կեղծաւորութեան, ի բանս ճշմարտութեան[3],,: Եւ նոյն իսկ Քրիստոս Աստուած՝ որ ինքնին Սէր[4] է, յայտնապէս ըսաւ թէ հեթանոսի ու մաքսաւորի տեղ դնելու ենք զանոնք, որ զԵկեղեցին մտիկ չեն ըներ[5]: Ասկից զատ երբ որ Եւփեմիոս Կոստանդնուպոլսի Եպիսկոպոսն ասոր նման բաներ յառաջ կը բերէր, մեր Նախորդը՝ Ս. Գելասիոս պատասխանեց. “Հօտը՝ պէտք է “առողջ արօտը կոչող Հովուին ետեւէն երթալ. եւ ոչ թէ “հովիւը՝ մոլորած հօտին ետեւէն,,[6]: Վասն զի “ժողովրդեան “պէտք է սորվեցընել, եւ ոչ թէ անոր ետեւէն երթալ. եւ երբոր “չեն գիտեր, մենք հարկ է որ իմացընենք թէ ինչ օրէն է եւ “ինչ օրէն չէ, չէ թէ անոնց հաւանինք,,[7]:

12. Բայց, կ՚ըսեն Նոր-հերձուածողները, չէ թէ հաւատոյ վարդապետութեան, հապա հրահանգաց վրայ է խնդիրը. վասն զի ասոնց նկատմամբ է Մեր կոնդակը՝ որ կը սկսի ***Ի դառնալն***, զորն որ հրատարակեցինք 1867, Յուլիսի 12ին. ուստի

[1] Ճառ. ԻԶ. յԱւետ. §. 6:
[2] Ա. Տիմ. Ա. 5:
[3] Բ. Կորն. Զ. 6:
[4] Ա. Յովհ. Դ. 8:
[5] Մատթ. ԺԸ. 17:
[6] Թղթ. Գ. առ Եւփեմ. Թ. 25:
[7] Ս. Կեղեստ. Քհնյպետ. առ Եպիսկոպ. Ապուլ. եւ Կալաբր. Թ. 3:

edita die 12 Iulii an. 1867: proinde contradictoribus neque catholicorum nomen neque praerogativas negari posse; quod quidem effugium quam futile sit et inane vos probe intelligere non dubitamus. Qui enim legitimis Ecclesiae Praelatis, praesertim vero summo omnium Pastori contumaciter resistunt, eorumque mandata exequi detrectant, ipsa etiam eorum abnegata dignitate, eos uti schismaticos catholica Ecclesia semper habuit. Quaecum ab Armenia Constantinopolitana factione acta fuerint, nemo profecto immunes a reatu schismatis eos censere posset, etsi apostolica auctoritate uti tales condemnati nondum fuissent. Ecclesia enim, uti Patres docuerunt[1], est plebs sacerdoti adunata, et pastori suo grex adhaerens; proinde Episcopus in ecclesia est, et ecclesia in Episcopo; et si quis cum Episcopo non sit, in ecclesia non est. Ceterum, sicut monebat praedecessor Noster Pius VI in apostolicis litteris[2], quibus civilem cleri constitutionem in Gallis condemnavit, saepe disciplina adeo cohaeret dogmati et ad eius puritatis conservationem adeo influit, ut sacra concilia pluribus in casibus disciplinae violatores ab Ecclesiae communione per anathema separare non dubitaverint.

13. Verum Neoschismatici ulterius progressi sunt, quandoquidem „nullum schisma[3] non sibi „aliquam confingit haeresim, ut recte ab Ecclesia „recessisse videatur.“ Nos enim et Apostolicam Sedem criminari veriti non sunt, quasi fines potestatis Nostrae supergressi, in alienam messem falcem iniicere praesumpserimus, cum quaedam disciplinae capita in Armenio patriarchatu servanda ediceremus; perinde ac si Orientalium ecclesiae solam Nobiscum fidei communionem et unitatem servare deberent, apostolicae autem B. Petri potestati in his quae per-

[1] S. Cyprian. ep. 66. ad Florentium Pupianum. n. 8.
[2] *Quod aliquantum* 10 Martii 1791.
[3] S. Hieron. in ep. ad Tit. c. 3. vv. 10. 11.

եւ աս կոնդակին հակառակ կեցողներուն՝ ոչ կաթուղիկեայց անունը եւ ոչ ալ անոնց արտօնութիւնները կրնան զլացուիլ: Բայց թէ ասիկայ ինչչափ տկար եւ վայրապար փախուստ է, չենք տարակուսիր որ դուք շատ աղէկ իմացած էք. վասն զի որոնք որ Եկեղեցւոյ օրինաւոր Մեծերուն՝ մանաւանդ ամենուն ծայրագոյն Հովուին յամառութեամբ կը հակառակին, եւ անոնց պատուէրները չեն կատարեր, նոյն իսկ անոնց աստիճանն ու պատիւը զլանալով, Կաթուղիկէ Եկեղեցին զիրենք միշտ հերձուածող համարած է: Կոստանդնուպոլսի Հայերուն ապստամբեալ մէկ մասն այսպէս ընելէն ետեւ, ստուգիւ ոչ ոք զանոնք հերձուածոյ յանցանքէն կրնար ազատ համարիլ՝ թէեւ առաքելական իշխանութեամբ տակաւին իբրեւ նոյնպիսի դատապարտուած չըլլային: Վասն զի Եկեղեցին, ինչպէս Հարք[1] կը սորվեցընեն, քահանային հետ կապուած ժողովուրդ մըն է, եւ հօտ մը՝ հովուին յարած. անոր համար Եպիսկոպոսն է յԵկեղեցւոջ, եւ Եկեղեցին ալ՝ յԵպիսկոպոսն. եւ Եպիսկոպոսին հետ չեղողը՝ Եկեղեցւոյ մէջ ալ չէ: Միանգամայն՝ ինչպէս որ մեր նախորդը Պիոս Զ. ազդարարութիւն կ՚ընէ իր մէկ թղթին մէջ՝ որով Գաղղիայի կղերին քաղաքական սահմանադրութիւնը կը դատապարտէ[2], Հրահանգը շատ անգամ վարդապետութեան հետ այնպէս սերտիւ յօդեալ է, եւ անոր սուրբ պահուելուն վրայ այնչափ ազդեցութիւն կ՚ընէ, որ սուրբ ժողովները շատ դիպաց մէջ չեն տարակուսած հրահանգները բռնաբարողներն Եկեղեցւոյ հաղորդութենէն բանադրանքով բաժնելու:

13. Բայց Նոր-հերձուածողք աւելի եւս յառաջ գացին. որովհետեւ „չկայ հերձուած՝ որ հերետիկոսութիւն մը չհնարէ, որպէս զի իրաւամբ Եկեղեցիէն բաժնուած երեւայ[3]„: Վասն զի Մեր ու Առաքելական Գահին վրայ յանցանք ձգելէն չպատկառեցան, իբր թէ Մեր իշխանութեան սահմանն անցնելով՝ մանգաղն օտարաց հունձքը երկընցընել համարձակած ըլլանք, որովհետեւ հրահանգաց վերաբերեալ քանի մը բաներ հրատարակեցինք, որ Հայոց պատրիարքութեան մէջ պահուին. եւ որպէս թէ Արեւելեայց Եկեղեցիները՝ Մեզի հետ միայն ի հաւատս հաղորդութիւն ու միութիւն պահելու պարտական ըլլան, իսկ հրահանգի վերաբերեալ մասերու մէջ՝ Երանելւոյն

[1] Ս. Կիպր. թղթ. ԿԶ. առ Փլորենտ. Պուպիանոս. թ. 8:
[2] Որ երբեմն 1791. Մարտ 10:
[3] Ս. Յեր. ի թղթ. առ Տիտ. Գլ. Գ. 10. 11:

tinent ad disciplinam non essent obnoxiae. Porro huiusmodi doctrina non modo post editam ab Oecumenico Concilio Vaticano definitionem et declarationem de vi et ratione pontificii primatus haeretica est, verum eam uti talem semper habuit ac detestata est catholica Ecclesia. Hinc Oecumenici Concilii Chalcedonensis Episcopi supremam Apostolicae Sedis auctoritatem in actis suis perspicue professi, decretorum suorum, etiam disciplinam respicientium, confirmationem et firmitatem a S. Leone praedecessore Nostro humiliter flagitabant.

14. Et revera „B. Petri successor[1], hoc ipso quod in Petri locum succedit, assignatum sibi habet iure divino gregem Christi universum, ut simul cum Episcopatu potestatem accipiat universalis regiminis; ceteris porro Episcopis suam cuique peculiarem gregis portionem non divino sed ecclesiastico iure, non Christi ore sed hierarchica ordinatione assignari opus est, ut ordinariam regiminis potestatem explicare in eam valeant.“ Cuius assignationis summa auctoritas si B. Petro eiusque successoribus abiudicaretur, ipsa nutarent Maiorum imprimis Ecclesiarum fundamenta, earumque praerogativae; „si „quid enim Christus[2] cum Petro commune ceteris „voluit esse principibus, numquam nisi per ipsum „dedit quidquid aliis non negavit.“ Et re quidem vera „ipse[3] decoravit sedem (Alexandrinam), in „quam Evangelistam discipulum misit: ipse firmavit „sedem (Antiochenam), in qua septem annis quamvis „discessurus sedit.“ His vero quae in Concilio Chalcedonen. de Constantinopolitana sede decreta fuere, Apostolicae Sedis approbationem et confirmationem necessariam omnimo fuisse, vel ipse Anatolius Epi-

[1] Pius VI. in Brev. *Super soliditate.* 28 Novembr. 1786.
[2] S. Leo serm. 3. in anniv. assumpt. suae.
[3] S. Gregorius M. lib. 7. ep. 40. ad Eulog. Ep. Alexandrin.

Պետրոսի առաքելական իշխանութեան ենթարկեալ չըլլան։ Սակայն այս վարդապետութիւնը չէ թէ միայն Վատիկանեան ընդհանուր ժողովոյն մէջ՝ Քահանայապետական գլխաւորութեան նշանակութեանն եւ հանգամանաց որոշումն ու յայտարարութիւնը հրատարակուելէն ետեւ՝ հերետիկոսական է, հապա միշտ իբրեւ այնպիսի համարած է Կաթուղիկէ Եկեղեցին, եւ անկէ խորշած գարշած։ Ուստի եւ Քաղկեդոնի տիեզերական ժողովոյն Եպիսկոպոսներն Առաքելական Գահին ծայրագոյն իշխանութիւնն իրենց արձանագրաց մէջ յայտնապէս դաւանելով, նաեւ հրահանգի վերաբերեալ վճիռներուն վաւերացուցումն ու հաստատութիւնը Մեր նախորդէն՝ Ս. Լեւոնէն խոնարհութեամբ կը խնդրէին։

14. Եւ իրօք ալ "Երանելոյն Պետրոսի յաջորդին՝ նոյն իսկ Պետրոսի տեղը յաջորդելովը՝ աստուածային իրաւամբք յանձնուած է Քրիստոսի բովանդակ հօտը, այնպէս որ եպիսկոպոսութեան հետ տիեզերական վարչութեան իշխանութիւնը կ'ընդունի։ Իսկ մէկալ Եպիսկոպոսաց ամէն մէկուն մասնական առանձինն հօտ մը հարկ է որ որոշուի, ոչ աստուածային՝ այլ եկեղեցական իրաւամբք, չէ թէ Քրիստոսի բերնով՝ հապա նուիրապետական կարգադրութեամբ, որպէս զի անոր վրայ վարչութեան կարգաւոր իշխանութիւնը կարենան բանեցընել[1]"։ Իսկ եթէ այս տուչութեան գերագոյն իշխանութիւնը Երանելոյն Պետրոսի եւ իւր յաջորդներուն զլացուի, ան ատեն գլխաւորաբար մեծագոյն Եկեղեցեաց հիմունքն ու անոնց արտօնութիւնները կը դեդեւին։ "Եթէ Քրիստոս ուզեց որ Պետրոսի ունեցած մէկ "բանն ուրիշ իշխաններուն ալ հասարակ ըլլայ, միշտ անոր ձեռ"քովը շնորհեց ինչ որ ուրիշներուն չուզեց զլանալ[2]"։ Եւ իրօք ալ "ինք (Աղեքսանդրացւոց) աթոռը զարդարեց՝ հոն իւր Աւե"տարանիչ աշակերտը յուղարկելով. ինք հաստատեց (Անտիոքա"ցւոց) աթոռը, եւ թէպէտ անկէ պիտ'որ մեկնէր՝ սակայն եօթը "տարի հոն նստաւ[3]"։ Իսկ Քաղկեդոնի ժողովոյն մէջ Կոստանդնուպոլսոյ աթոռոյն նկատմամբ տրուած վճիռներուն՝ Առաքելական Գահէն հաւանութիւն եւ հաստատութիւն առնելուն անհրաժեշտ կարեւոր ըլլալը, նաեւ Անատոլիոս Կոստանդնու-

[1] Պիոս Զ. ի Համառօտագր. Ի վերայ հաստատութեան 1786. Նոյ. 28։
[2] Ս. Լեւ. Ճառ Գ. քահանայապետութեանը տարեդարձին։
[3] Ս. Գրիգ. Մեծն, Գիրք Է. Թուղթ Խ. առ Եւղոգ. Եպիս. Աղեքսանդր։

scopus Constantinopolitanus[1], et ipse Imperator Marcianus[2] manifeste confessi sunt.

15. Profecto igitur nisi recedatur omnino a constanti et perpetua Ecclesiae traditione, Patrum testimoniis luculentissime confirmata, Neoschismatici quamquam sese catholicos ore praedicent, tales tamen se esse nullo modo sibi persuadere poterunt. Et nisi astuta haereticarum fallaciarum subtilitas satis nota et perspecta foret, intelligi non posset, quomodo Othomanicum Gubernium eos uti catholicos habere valeat, quos Nostro iudicio et auctoritate ab Ecclesia catholica sequestratos esse novit. Ut enim catholica religio in Othomanica ditione tuto ac libere consistat, quod celsissimi Imperatoris decretis cautum est, ea etiam admittantur oportet, quae ad essentiam eiusdem religionis pertinent, qualis est primatus iurisdictionis Rom. Pontificis: et huius iudicio, uti universalis et supremi eius Capitis et Pastoris, decernendum relinquatur, quinam catholici sint an non: quod de qualibet humana prorsus et privata societate sentiendum esse, apud universos ubique gentium receptissimum est.

16. Ipsi autem Neoschismatici, se catholicae Ecclesiae institutionibus minime contradicere asserunt; atque id unum se contendere, ut iura Ecclesiarum suarum, suaeque nationis, quin et summi Imperantis iura defendant, quae a Nobis violata fuisse comminiscuntur. Quo pacto omnem hodiernae perturbationis causam in Nos et hanc Apostolicam Sedem rejicere non verentur; uti olim factum est ab Acacianis schismaticis[3] in S. Gelasium praedecessorem Nostrum: et prius ab Arianis, qui Liberium item praedecessorem Nostrum apud Constantium Imperatorem calumniabantur, eo quod renueret

1 Anatolius ad S. Leonem epist. 132. n. 4.
2 Marcian. ad S. Leonem epist. 100.
3 S. Gelas. epist. 12 ad Anastasium Augustum n. 1.

պոլսոյ Եպիսկոպոսը[1] եւ Մարկիանոս Ինքնակալը[2] յայտնապէս խոստովանեցան։

15. Ուստի եթէ չենք ուզեր հեռանալ Եկեղեցւոյ հաստատուն ու մշտնջենաւոր աւանդութենէն, որ Հարց լուսաւոր վկայութիւններովը հաստատուած է, Նոր-հերձուածողք թէ՛ եւ իրենք զիրենք բերնով կաթուղիկեայ քարոզեն, իրօք այնպէս ըլլալնուն վրայ իրենք զիրենք ամենեւին չեն կրնար համոզել։ Եւ եթէ հերետիկոսական պատրանաց նենգամիտ նրբութիւններն ըստ բաւականի ծանօթ եւ յայտնի չըլլային, չէր կրնար ըմբռնուիլ թէ ինչպէս Օսմանեան կառավարութիւնը կարող է զանոնք կաթուղիկեայ համարիլ, զորոնք գիտէ թէ Մեր դատաստանաւն ու իշխանութեամբը Կաթուղիկէ Եկեղեցիէն անջատած ենք։ Վասն զի կաթողիկէ կրօնը Օսմանեան տէրութեան մէջ ապահով եւ ազատ մնալու համար, որն որ վեհափառ Ինքնակալին հրովարտակներովն ապահովցուած է, հարկ է որ նոյն կրօնին էութեան վերաբերեալներն ալ ընդունուին, ինչպիսի է Հռոմայ Քահանայապետին իրաւասութեան գլխաւորութիւնը. եւ պէտք է թողուլ որ սոյն Քահանայապետին, իբրեւ նոյն կրօնին ընդհանրական եւ գերագոյն Գլխոյն եւ Հովուին՝ դատաստանաւն որոշուի թէ որո՛նք կաթուղիկեայ են, եւ որո՛նք չեն. որն որ առ հասարակ ամէն տեղ ընդունուած է իբրեւ իրաւացի՝ նաեւ որպիսի եւ իցէ սոսկ մարդկային եւ առանձնական ընկերութեան նկատմամբ։

16. Իսկ Նոր-հերձուածողք կը հաստատեն թէ իրենք կաթողիկէ Եկեղեցւոյ սահմանադրութեանց ամենեւին չեն հակառակիր, եւ կը պնդեն թէ միայն իրենց Եկեղեցիներուն եւ ազգին, մանաւանդ թէ նոյն իսկ վեհափառ Ինքնակալին իրաւունքները կը պաշտպանեն, զորոնք կ՚երեւակայեն թէ Մենք բռնաբարած ըլլանք։ Եւ ասով չեն ակնածեր արդի խռովութեանց բոլոր պատճառը Մեր եւ Առաքելական Գահին վրայ ձգել. ինչպէս որ երբեմն Ակակեան հերձուածողները[3] Մեր նախորդին՝ Ս. Գելասիոսի նկատմամբ ըրին։ Եւ անկէ յառաջ Արիոսեանք նոյնպէս զմեր նախորդը Լիբերիոս՝ Կոստանդիոս Ինքնակալին առջեւը կը զրպարտէին, թէ յանձն չ՚առնուր զՍ. Աթանաս Աղեքսանդրացւոց Եպիսկոպոսը դատապարտել եւ այն հերետի-

1 Անատող. առ Ս. Լեւոն. թղթ. 132 թ. 4։
2 Մարկիան. առ Ս. Լեւոն. թղթ. 100։
3 Ս. Գելաս. թղթ. ժբ. առ Անաստաս Աւգոստ. թ. 1։

damnare S. Athanasium Alexandrinum Episcopum, et cum haereticis illis communicare[1]. Quod quidem dolere quis poterit, non autem mirari. Ut enim idem sanctissimus Pontifex Gelasius ea de re ad Anastasium Imperatorem scribebat „habet hoc qualitas „saepe languentium, ut accusent medicos congruis „observationibus ad salubria revocantes, quam ut „ipsi suos noxios appetitus deponere vel reprobare „consentiant.“ Itaque quoniam haec praecipua esse videntur capita, quibus et favorem sibi conciliant Neoschismatici, et causae licet deterrimae potentum patrocinium aucupantur, necesse est, ne fideles in errorem inducantur, fusius agere, quam si dumtaxat de calumniis istis refellendis ageretur.

17. Nolumus certe hic recolere, quo devenissent res Ecclesiarum catholicarum, quae per Orientem constitutae erant, postquam schisma praevaluit, et ulciscente Deo discissam Ecclesiae suae unitatem Graecorum imperium eversum est. Neque item recolere animus est, quantum adlaboraverint praedecessores Nostri, cum primum licuit, ut errantes oves ad unicum et verum Christi Domini gregem revocarent. Etsi autem fructus labori cumulate non responderit, Deo tamen miserente, nonnullae diversorum rituum Ecclesiae ad veritatem et unitatem catholicam reversae sunt; quas uti infantes modo genitos ulnis suis excipiens Apostolica Sedes sollicita imprimis fuit ut eas in vera Catholica fide solidaret, et ab omni haeretica labe prorsus immunes servaret.

18. Hinc cum delatum fuisset, disseminari in Oriente prava dogmata sectae cuiusdam ab Apostolica Sede iam reprobatae, eo praesertim tendentia, ut deprimerent pontificium iurisdictionis primatum, fel. me. Pius PP. VII rei gravitate ac periculo vehementer commotus, statim providendum censuit, ne

[1] S. Athanas. in hist. Arianor. ad Monach. n. 35.

կռուաց հետ հաղորդութիւն ընել[1]: Ասոր վրայ կրնայ մարդ ցաւիլ, բայց զարմանալ՝ ոչ: Վասն զի ինչպէս որ նոյն սուրբ Քահանայապետը Գեղասիոս աս նիւթին վրայ առ Անաստաս Ինքնակալ կը գրէր, "ասանկ է հասարակօրէն հիւանդներուն սովո-"րութիւնը, որ աւելի կը տրտնջեն զերենք պատշաճ զգուշու-"թիւններով առողջարար բաներու յորդորող բժիշկներուն վրայ, "քան թէ յանձն կառնուն իրենց վնասակար ախորժակները թո-"ղուլ կամ մերժել,,: Եւ որովհետեւ կ'երեւայ թէ ասոնք են գլխաւոր կէտերը, որոնցմով Նոր-հերձուածողք թէ իրենց նպաստ կը գտնեն եւ թէ իրենց՝ ըստ ինքեան շատ վատթար դատին իշխաններէն պաշտպանութիւն կ'որսան, անոր համար որպէս զի հաւատացեալները չմոլորցուին, հարկ է որ անոնց վրայ աւելի ընդարձակ խօսինք՝ քան զոր կարեւոր կ'ըլլար, եթէ խնդիրը պարզապէս այս զրպարտութիւնները մերժելու վրայ ըլլար:

17. Հոս չենք ուզեր յիշատակել թէ ուր հասաւ Արեւելք հաստատուած ուղղափառ Եկեղեցիներուն վիճակը՝ երբ որ հերձուածը զօրացաւ, եւ Աստուած՝ իր Եկեղեցւոյն միութեան պառակտելուն վրէժն առնելու ատեն՝ Յունաց պետութիւնը կործանեցաւ: Նոյնպէս միտք չունինք յիշեցընել թէ ինչչափ աշխատեցան Մեր Նախորդները յարմար առթին որ մոլորեալ ոչխարները Քրիստոսի Տեառն մերոյ միակ ու ճշմարիտ հօտը դարձընեն: Եւ թէպէտ աշխատութեանց պտուղն առատ չեղաւ, սակայն Աստուծոյ ողորմութեամբն այլեւայլ ծէս ունեցող Եկեղեցիներէն ոմանք կաթուղիկէ միութեան ու ճշմարտութեան դարձան. եւ Առաքելական Գահը՝ զանոնք իբրեւ նորածին տղաք ընդգրկելով՝ գլխաւորաբար փոյթ տարաւ որ ճշմարիտ կաթողիկէ հաւատքի մէջ հաստատուին եւ ամէն հերետիկոսական աղտէ բոլորովին ազատ մնան:

18. Ուստի եւ երբ իմացուեցաւ թէ Առաքելական Գահէն արդէն դատապարտուած աղանդոյ մը խոտորնակ վարդապետութիւնները Արեւելք կը սերմանուին, մանաւանդ այն դիտմամբ՝ որ քահանայապետաց իրաւասութեան գլխաւորութիւնը սեղմեն, բարեյիշատակ Պիոս Է. քահանայապետն իրին ծանր ու վտանգաւոր ըլլալէն սաստիկ շարժած՝ լաւ համարե-

[1] Ս. Աթան. ի պատմ. Արիան. առ Միանձ. Թ. 35:

per vanas quaestionum ambages et pugnas sana quandocumque verborum forma a Maioribus tradita sensim efflueret ex animis christifidelium. Qua de causa Patriarchis et Antistitibus Orientalibus mitti iussit veterem formulam S. Hormisdae praedecessoris Nostri, unaque simul iisdem mandavit[1], ut qua late pateret sua cuiusque iurisdictio, Episcopos singulos, tum cleri utriusque saecularis et regularis viros animarum curam sustinentes professioni fidei ab Urbano VIII praescriptae pro Orientalibus subscribere iuberent, nisi antea forte iam id fecissent; idemque ab eis exigerent, qui deinceps essent ecclesiasticis ordinibus initiandi, aut ad sacra quaevis ministeria promovendi.

19. Verum haud multo post, scilicet anno 1806, apud monasterium Carcaphae, quod est in dioecesi Berytensi, coacta est Synodus Antiochena nuncupata, quae in multis ex iam damnata Pistoriensi synodo tacite fraudulenterque hausta fuerat, et aliquot propositiones eiusdem synodi Pistoriensis a S. Romana Sede damnatas partim ad litteram, partim ambigue insinuatas continebat; aliaque etiam Baianismum et Iansenismum redolentia, ecclesiasticae potestati adversa, Ecclesiae statum perturbantia, et contra sanam doctrinam et probatam Ecclesiae disciplinam. Quam Carcaphensem Synodum, inconsulta apostolica Sede anno 1810 typis arabicis editam, multis Episcoporum querelis exagitatam, demum fel. rec. Gregorius XVI praedecessor Noster datis apostolicis litteris[2] improbavit et condemnavit; et Episcopos iussit normam regiminis sui doctrinaeque ab aliis veteribus synodis haurire iamdiu ab Apostolica Sede probatis. Utinam vero damnata synodo cessassent errores, quibus ea scatebat. Pravae enim huiusmodi doctrinae clanculum serpere per

[1] Encycl. S. C. de Propag. Fide 6. Julii 1803.
[2] Greg. XVI apost. litt. *Melchitarum catholicorum* 16 Septembris 1835.

ցուց փութով դարման տանիլ, որպէս զի չըլլայ թէ նախնեացմէ աւանդուած խօսքերուն առողջ ձեւը՝ երկայնաձիգ ընդունայն խնդիրներով ու վէճերով Քրիստոսի հաւատացելոց մտքէն տակաւ անհետանայ: Այս պատճառաւ հրամայեց որ Արեւելեց Հայրապետներուն եւ Առաջնորդներուն՝ Ս. Որմիզդասայ Մեր նախորդին հին Հանգանակը խաւրուի, եւ միանգամայն անոնց պատուիրեց[1] որ իրենց իրաւասութեան տակ եղող ամէն մէկ Եպիսկոպոսներուն, ինչպէս նաեւ թէ աշխարհական եւ թէ վանական կղերէն հոգ հոգւոց ունեցողներուն, հրամայեն որ Ուրբանոս Ը.էն Արեւելեայց համար սահմանուած հաւատոյ դաւանութեան ստորագրեն՝ եթէ յառաջագոյն չեն ստորագրած. նոյնը միանգամայն անոնցմէ պահանջեն՝ որոնք այնուհետեւ եկեղեցական կարգ պիտի առնուն կամ սուրբ պաշտաման մը բարձրանան:

19. Բայց քիչ մ'ետքը, այսինքն՝ 1806ին, Գարգաֆայի վանքը՝ որ Բէրիտոնի (Պէյրութի) թեմին մէջն է, Անտիոքեան անուամբ ժողով մը գումարուեցաւ, որն որ շատ բաներու մէջ արդէն դատապարտուած Պիստորիայի (Փիսթոյայի) ժողովոյն լռելեայն եւ խաբէական հնարքներով հետեւած էր, եւ նոյն Պիստորիական ժողովոյն Առաքելական Գահէն կանխաւ մերժուած քանի մը նախադասութիւնները կը բովանդակէր՝ ըստ մասին բառ առ բառ եւ ըստ մասին կեղակարծ բառերով, միանգամայն շատ մը Բայոսի եւ Յանսենիոսի մոլորութեանց հոտն ունեցող, եկեղեցական իշխանութեան հակառակ, Եկեղեցւոյ վիճակը տակնուվրայ ընող, եւ ողջամիտ վարդապետութեան եւ Եկեղեցւոյ ընկալեալ հրահանգացը դէմ բաներ: Այս Գարգաֆեան ժողովն առանց Առաքելական Գահին խորհուրդ հարցընելու՝ արաբացի լեզուաւ ու գրով 1810ին հրատարակուելով, Եպիսկոպոսաց մէջ շատ վէճ ու հակառակութիւն յառաջ բերաւ, մինչեւ Մեր բարեյիշատակ նախորդը Գրիգոր ԺԶ. առաքելական թղթով մերժեց ու դատապարտեց[2], եւ Եպիսկոպոսաց հրամայեց որ իրենց վարչութեան եւ վարդապետութեան կերպն ու կանոնը քաղեն առնուն Առաքելական Գահէն հաւանուած հին ժողովներէն: Բայց երանի թէ ժողովոյն դատապարտութեամբը դադրէին միանգամայն մոլորու-

[1] Շրջբրկն. Հաւատ. Տարած. Ս. Ժող. 1803, Յուլ. 6:
[2] Գրիգ. ԺԶ. Առաք. Թղթ. Մելքիթաց կաթողիկեայց 1835 Սեպտ. 16:

Orientem non destiterunt, oportunam expectantes occasionem, qua in omnium conspectum prodire possent; quod frustra tentatum ante viginti circiter annos, Armeni Neoschismatici efficere modo ausi sunt.

20. Cum vero fidei retinaculum disciplina sit, ut ad eam sarciendam incumberet Apostolica Sedes pro suo iure ac officio opus erat. Cui officio sane gravissimo nunquam illa defuit, licet ob adversa temporum et locorum adiuncta nonnisi occurrentibus necessitatibus consulere potuerit, aequiora interim expectans tempora, quae miserente Deo tandem aliquando advenerunt. Siquidem praedecessoribus Nostris Leone XII et Pio VIII urgentibus, et catholicis Austriae ac Galliarum summis principibus coadiuvantibus, celsissimus Othomanicus Imperator, agnito discrimine quod est catholicos inter et haereticos, illos ab horum civili potestate subduxit; eosque suum pro more regionis civile, uti aiunt, caput seu praefectum habere decrevit. Licuit tum primum, Armenii ritus Episcopos ordinaria pollentes auctoritate Constantinopoli tuto constituere; licuit catholicas eiusdem ritus ecclesias excitare et catholicum cultum publice profiteri et exercere; ideoque fel. rec. Pius VIII praedecessor Noster primatialem et archiepiscopalem Armenorum sedem Constantinopoli erexit[1], sollicitus quam maxime ut canonica disciplina apte et opportune in ea effloresceret.

21. Post nonnullos annos, ubi primum expedire visum est, episcopales sedes primatiali Constantinopolitanae subiectae a Nobis[2] erectae sunt, tum methodus in electione Episcoporum servanda fuit praefinita. Deinde ne civilis, uti aiunt, Praefecti potestas, quod ab Ecclesiae catholicae legibus abhorret

[1] Apostolicis litteris *Quod iamdiu* 6 Julii 1830.

[2] Apostolicis litteris, *Universi Dominici gregis* die 30 Aprilis 1850.

թիւններն ալ, որոնցմով լի էր նոյն սիւնհոդոսը: Վասն զի այս դժնդակ վարդապետութիւնները՝ Արեւելք ծածուկ տարածուելէն չդադրեցան, յարմար առթի սպասելով որ հրապարակաւ կարենան ամենուն առջեւն ելլել: Ինչ որ շուրջ քսան տարի յառաջ վայրապար փորձուեցաւ, հիմայ Նոր-հերձուածող Հայերը համարձակեցան գլուխ հանել:

20. Իսկ որովհետեւ հաւատոյ կապը հրահանգն է, անոր համար հարկ էր որ Առաքելական Աթոռն իւր իրաւանց ու պարտուց համեմատ նոյն հրահանգը նորոգելու ջանար: Այս պարտուց մէջ, որ ստուգիւ շատ ծանր պարտք է, ինք երբեք չպակսեցաւ զանցառութեամբ, թէպէտ եւ ժամանակաց ու տեղեաց անյարմարութեամբը, միայն հարկն ստիպած ատեն կրցաւ անոր դարման տանիլ, պատեհագոյն ժամանակի սպասելով, որ Աստուծոյ ողորմութեամբը վերջապէս եկաւ հասաւ: Վասն զի Մեր նախորդաց Լեւոնի ԺԲ.ի եւ Պիոսի Ը.ի թախանձանօքը, եւ Աւստրիայի ու Գաղղիայի կաթողիկեայ իշխանաց միաբան գործակցութեամբը, Օսմանեանց վեհափառ Ինքնակալը կաթողիկէականաց եւ հերետիկոսաց մէջ եղած տարբերութիւնը ճանչնալով, զանոնք անոնց քաղաքական իշխանութեան տակէն հանեց, եւ տեղւոյն սովորութեան համեմատ՝ հրաման տուաւ որ իրենց քաղաքական գլուխը կամ Առաջնորդն ունենան: Այն ատեն նախ կարելի եղաւ ապահով կերպով Կոստանդնուպոլիս կարգաւոր իշխանութեամբ հայածէս Եպիսկոպոսներ հաստատել, կարելի եղաւ նոյն ծիսիւ կաթողիկեայ եկեղեցիներ կանգնել եւ կաթողիկեայ պաշտամունքը հրապարակաւ դաւանիլ ու կատարել. անոր համար Մեր նախորդը՝ բարեյիշատակ Պիոս Ը. Հայոց նախագահական արքեպիսկոպոսական աթոռը Կոստանդնուպոլիս հաստատեց[1], ըստ կարելւոյն հոգ տանելով որ հոն կանոնական հրահանգը պատշաճօրէն պայծառանայ:

21. Քանի մը տարի ետքը երբ օգտակար երեւցաւ, Մենք Կոստանդնուպոլսի նախագահական աթոռոյն ստորակարգեալ եպիսկոպոսական աթոռներ կանգնեցինք[2]. նոյն ատեն հարկ եղաւ միանգամայն Եպիսկոպոսաց ընտրութեան հաստատուն կերպը սահմանել: Յետոյ Օսմանեան պետութեան մէջ նոյն իսկ վեհափառ Ինքնակալին իշխանութեամբը հոգ տարուե-

[1] Առաք. Թղթ. Որ ի վաղուց, 1830, Յուլ. 6:

[2] Առաք. Թղթ. Ընդհանուր հօտին Տեառն, 1850, Ապր. 30:

omnino, in sacra ferretur, ipsa demum summi Imperantis in Othomanico Imperio auctoritate cautum est; dato ad Ven. Fr. Antonium Hassun tunc illius sedis Primatem, imperiali diplomate die 7 Aprilis ann. 1857. Cum vero, ipsis Armenis petentibus, Constantinopolitanam primatialem Ecclesiam, hoc eius titulo abrogato, patriarchali Ciliciensi sedi coniunximus apostolicis litteris, quarum initium est ***Reversurus***, opportunum quin et necessarium visum est, ut praecipua quaedam disciplinae capita, eiusdem Constitutionis auctoritate, sancirentur; demandata synodo patriarchali, quam apostolicis litteris, quarum initium est ***Commissum***, editis die 12 Julii an. 1867 quamprimum celebrari iussimus, cura et sollicitudine adlaborandi, ut in universo Armenio Patriarchatu accuratus disciplinae ordo recte constitueretur.

22. Verum inimicus homo, in Armenia Constantinopolitana Ecclesia zizania superseminare aggressus est, excitata paulo post a nonnullis quaestione de civili Armeniae communitatis praefectura, quam subreptam a novo Patriarcha querebantur. Hanc vero controversiam subsecuta mox est gravis perturbatio; idemque Patriarcha de proditis nationalibus iuribus accusatus fuit, eo quod praedictam Constitutionem Nostram, uti decebat catholicum Episcopum, excepisset; et sic demum in ipsam Constitutionem omnia dissidentium consilia, machinationes et dicteria conspirarunt.

23. Qua in re duo imprimis in crimen vocata sunt, ea scilicet quae de sacrorum Antistitum electione, et de bonorum ecclesiasticorum administratione decreta fuerant; haec enim refragari gentis suae, quin et summi Imperantis iuribus calumniose assertum est. Quae vero de utroque illo capite definiverimus, licet notissima esse debeant, hic tamen repetere iuvat: multi enim semper fuere et sunt,

ցաւ որ անուանեալ քաղաքական Առաջնորդին իշխանութիւնը հոգեւոր սուրբ բաներու մէջ ալ չմտնէ, որ կաթողիկէ Եկեղեցւոյ օրինաց բոլորովին հակառակ է, եւ այս վախճանաւ 1857 Ապրիլի 7ին տրուեցաւ մեր Մեծարգոյ Եղբօրը Անտոնի Հասունի՝ որն որ այն ժամանակը հոն նախագահ էր, կայսերական հրովարտակը: Իսկ երբ որ նոյն իսկ Հայոց խնդրոյն համեմատ՝ Կոստանդնուպոլսոյ նախագահական Եկեղեցին՝ Կիլիկիոյ պատրիարքական աթոռոյն հետ միացուցինք՝ նախագահական անունը ջնջելով, այն առաքելական Թղթով՝ որուն սկիզբն է *Ի դառնալն*, պատեհ մանաւանդ թէ հարկաւոր համարեցանք նոյն սահմանադրութեան զօրութեամբը հրահանգաց քանի մը գլխաւոր մասունքը սահմանել. յանձնելով միանգամայն պատրիարքական ժողովոյ մը՝ զոր ըստ կարի փութով գումարելու հրաման տուինք առաքելական Թղթովս, որուն սկիզբն է *Յանձնուած*, 1867 Յուլիսի 12ին, որ մեծ փութով եւ հոգաբարձութեամբ ջանացուի Հայոց բովանդակ պատրիարքութեան մէջ ճիշդ հրահանգաց օրէնքը պարտուպատշաճ կերպով սահմանելու:

22. Այլ այր թշնամի Կոստանդնուպոլսոյ հայ Եկեղեցւոյն մէջ սկսաւ որոմ ցանել, երբ որ քիչ մ'ետքը ոմանք խնդիր յարուցին Հայոց հասարակութեան քաղաքական առաջնորդութեան նկատմամբ, եւ կը տրտնջէին որ նոյնը նոր Պատրիարքը յափշտակած է: Բայց այս վէճին ետեւէն անմիջապէս մեծ խռովութիւն մ'ալ եկաւ. նոյն Պատրիարքն ամբաստանուեցաւ որ ազգային իրաւունքները մատնած է, որովհետեւ կաթողիկէական Եպիսկոպոսի վայել կերպով Մեր յիշեալ Սահմանադրութիւնն ընդունած էր. եւ այսպէս վերջապէս նոյն իսկ Սահմանադրութեան դէմ միաբանեցան հակառակորդները՝ բոլոր իրենց խորհրդովքը, խարէական արուեստներովն ու թշնամանալից խօսքերովը:

23. Ասոր մէջ գլխաւորաբար երկու բան ամբաստանութեան տակ ձգուեցաւ. այս ինքն՝ մէկ մը հոգեւոր Առաջնորդաց ընտրութեան վրայ, մէկ մ'ալ Եկեղեցական ստացուածոց վարչութեան վրայ տրուած վճիռները. վասն զի զրպարտութեամբ հաստատեցին թէ ասոնք ազգին, մանաւանդ թէ վեհափառ Ինքնակալին իրաւանց դէմ են: Թէեւ այս երկին գլխոց վրայ վճռածնիս ամենուն հարկ է որ ծանօթ ու յայտնի ըլլայ, սակայն հոս մէկ մ'ալ յառաջ բերելն օգտակար է. վասն զի եղած

qui[1] loquuntur in vanitate sensus sui per ignorantiam quae est in illis, alii autem[2] qui in similitudinem arioli et coniectoris aestimant quod ignorant.

24. Patriarcham eligi mandavimus a synodo Episcoporum, exclusis ab eo eligendo laicis, et etiam clericis quibusvis episcopali charactere non pollentibus: vetuimus autem, quo minus electus in exercitium potestatis suae veniret, quod aiunt inthronizari, nisi receptis antea ab Apostolica Sede confirmationis suae litteris. Episcopos vero ita eligi iussimus, ut omnes provinciae Episcopi synodaliter congregati, tres idoneos ecclesiasticos viros proponant Apostolicae Sedi. Si vero impossibile sit omnes Episcopos ad synodum accedere, fiat propositio a tribus saltem dioecesanis Episcopis in synodum cum Patriarcha convenientibus, absentibus vero praedictam ternariam propositionem scripto significantibus. Quo facto Romanus Pontifex unum ex propositis eliget, quem vacanti Ecclesiae praeficiet. Ediximus autem non dubitare Nos, quin Episcopi vere dignos et idoneos viros proponere studerent, ne umquam cogeremur Nos vel successores Nostri pro apostolici ministerii officio, alium licet non propositum eligere et vacanti Ecclesiae praeficere.

25. Haec vero si animo a partium studiis alieno expendantur, omnia iuxta canonum fidem catholicam sancita fuisse deprehendentur. Quod pertinet ad exclusionem laicorum ab eligendis sacrorum Antistitibus, accurate distinguendum est, ne quid a catholica fide alienum efferatur, ius eligendi Episcopos, a facultate testimonii ferendi quoad eligendorum vitam et mores. Primum quidem ad falsas opiniones referendum esset Lutheri et Calvini, qui etiam asserebant iuris esse divini, ut Episcopi eligerentur a populo: et falsam huiusmodi doctrinam a catholica Ecclesia improbatam fuisse et improbari omnes

[1] Ephes. IV. 17. 18. [2] Proverb. XXIII. 7.

են միշտ շատեր եւ կան, որոնք կը խօսին "ունայնութեամբ սըր- "տից իւրեանց, վասն տգիտութեանն որ է ի նոսա[1]"․ ոմանք ալ "իբրեւ զհմայս եւ զերազահանս դատին զոր ոչն գիտեն[2]":

24. Հրամայեցինք որ Եպիսկոպոսաց սինհոդոսէն ընտրուի Պատրիարքը․ անկէ դուրս հանելով աշխարհականները, նաեւ եպիսկոպոս չեղող որեւիցէ կղերականները․ արգելելով որ ընտրուողը՝ չկարենայ իւր իշխանութիւնը գործածել, որ Գահընկալութիւն կանուանուի, Առաքելական Գահէն հաստատութեան թուղթ առնելէն յառաջ: Իսկ եպիսկոպոսաց ընտրութեան նկատմամբ հրամայեցինք որ գաւառին բոլոր Եպիսկոպոսունքը սինհոդոսաբար գումարելով՝ երեք եկեղեցական յարմար անձինք Առաքելական Գահին առաջարկեն: Ապա թէ ամէն եպիսկոպոսներուն անկարելի ըլլայ սինհոդոս գալը, ան ատեն գոնէ երեք թեմական Եպիսկոպոսունք իրենց Պատրիարքին հետ ի սինհոդոս ժողովին․ իսկ բացակայ եպիսկոպոսները՝ այն վերոյիշեալ Երից առաջարկութիւնը գրով նշանակեն: Եւ անկէ ետքը Հռոմայ Քահանայապետն երեք առաջարկուածներուն մէջէն մէկն ընտրելով՝ դատարկացեալ Եկեղեցւոյն վրայ գլուխ կացուցանէ: Նոյնպէս յայտնեցինք թէ Եպիսկոպոսունք անշուշտ արժանաւոր եւ յարմար անձինք առաջարկելու ջանան, որ Մենք կամ Մեր յաջորդները չստիպուինք՝ Առաքելական պաշտաման պարտուց համաձայն՝ ընտրելու նաեւ չառաջարկուած անձ մը եւ դատարկացեալ Եկեղեցւոյն գլուխ կարգելու:

25. Ասոնք եթէ անկողմնակալ հոգւով կշռադատուին, կը տեսնուի որ ամենայն ինչ կաթողիկէ հաւատոյ կանոններուն համեմատ որոշուած է: Իսկ աշխարհականաց՝ հոգեւոր Առաջնորդներուն ընտրութենէն դուրս հանուելուն նկատմամբ, աղէկ պէտք է զանազանութիւն ընել․ ուրիշ է եպիսկոպոս ընտրելու իրաւունքը, ուրիշ է ընտրելեաց վարքին ու բարքին վկայութիւն տալու թոյլտուութիւնը․ որպէս զի կաթողիկէ հաւատքէն օտար խօսք բերան չառնուի: Արդ առաջինը Լութերի եւ Կալուինի սուտ կարծիքներէն է, որոնք միանգամայն կը հաստատէին թէ յաստուածային իրաւանց է որ Եպիսկոպոսները ժողովրդենէն ընտրուին․ եւ ամէնքը գիտեն որ կաթողիկէ Եկեղեցին մերժած է ու կը մերժէ այս մոլար վարդապետու-

[1] Եփես. Դ․ 17, 18: [2] Առ. ԻԳ․ 7․ ըստ Լտ:

noverunt: nulla enim neque divino neque ecclesiastico iure facta umquam fuit populo, Episcopos vel alios sacrorum administros eligendi potestas.

26. Ad testimonium plebis quod spectat de vita et moribus eorum qui ad episcopatum provehendi sunt, „postquam[1] per vim Arianorum, quibus imperator favebat Constantius, exturbari a suis sedibus caeperunt catholici Praesules in easque sedes immitti illorum asseclae, ut S. Athanasius *(Hist. Arian. ad Monach. n. 4.)* deplorat, ipsa temporum coegit necessitas ut in Episcoporum electionibus populus adesset, unde incenderetur ad tuendum in sua sede Episcopum, quem coram se electum esse novisset." Et quidem mos iste aliquandiu in Ecclesia viguit: verum „cum continuae excitarentur discordiae, tumultus, caeterique abusus, oportuit populum ab electionibus removere, eiusque testimonium et desiderium circa personam eligendam praeterire. Uti enim S. Hieronymus[2] advertit „nonnumquam errat plebis „vulgique iudicium, et in sacerdotibus comprobandis „unusquisque suis moribus favet, ut non tam bonum „quam sui similem quaerat praepositum."

27. Nihilo tamen minus Nos, in electionis methodo praestituenda, liberam reliquimus ipsi Episcoporum synodo facultatem de dotibus eligendorum ea qua magis vellent ratione exquirendi, provocato etiam si ita luberet plebis testimonio. Et re quidem vera etiam post editam Nostram Constitutionem exquisitum illud fuisse ab Armeniis Praesulibus, cum ageretur de eligendo ante tres annos Episcopo pro regionibus Sebastena et Tokatensi, missa ad hanc S. Sedem acta testantur. Non ita vero statuendum censuimus, neque censemus de Patriarchae electione, tum propter dignitatis eius eminentiam,

[1] Pius VI. Apost. litt. contr. civilem cleri constitut. 10 Mart. 1791.

[2] Lib. 1. advers. Jovinian. n. 34.

թիւնը. վասն զի ոչ յաստուածային եւ ոչ յեկեղեցական իրաւանց իշխանութիւն տրուած է երբեք ժողովրդեան՝ որ եպիսկոպոս կամ ուրիշ սուրբ պաշտամանց սպասաւոր կարենայ ընտրել:

26. Իսկ ընտրուելու Եպիսկոպոսաց վարուց ու բարուց վրայ՝ ժողովրդեան վկայութիւն տալուն նկատմամբ՝ գիտնալու է, որ «Երբ Արիոսեանք՝ որոնց կը նպաստէր Կոստանդիոս ինքնա-«կալը, սկսան ուղղափառ Եպիսկոպոսներն իրենց աթոռէն «բռնութեամբ հեռացընել եւ անոնց տեղն իրենց աղանդակիցնե-«րէն անձինք դնել, ինչպէս որ Ս. Աթանաս կ'ողբայ (Պատմ. «Արիանոսաց առ Միանձ. Թիւ 4), նոյն իսկ ժամանակաց «հարկն ստիպեց որ ժողովուրդն Եպիսկոպոսաց ընտրութեան «ներկայ գտնուի, որպէս զի եռանդեամբ պաշտպանէ իրենց առ-«ջեւն ընտրուած եպիսկոպոսը»: Եւ իրօք ալ այս սովորութիւնն Եկեղեցւոյ մէջ քիչ մը ժամանակ տեւեց. բայց «երբ որ «օր ըստ օրէ անմիաբանութիւն, աղմուկ եւ ուրիշ զեղծմունք «սկսան ելլել, պէտք եղաւ ժողովուրդն ընտրութիւններէն հեռա-«ցընել, եւ ընտրուելու անձին նկատմամբ անոր վկայութիւն «տալն եւ իւր բաղձանքը յայտնելը զանց առնել[1]»: Վասն զի, ինչպէս որ Ս. Յերոնիմոս կը ծանուցանէ, ժողովրդեան ու ռամկին դատաստանը «երբեմն կը սխալի, եւ քահանայի մը ընտրու-«թեան հաւանելու տեղն՝ իւրաքանչիւր ոք իւր սեպհական բա-«րուցը համեմատ կը դատի. այնպէս որ չէ թէ բարին՝ հապա «իրեն նմանը կը ջանայ առաջնորդ դնել[2]»:

27. Սակայն եւ այնպէս Մենք ընտրութեան եղանակը սահմանած ատեննիս՝ Եպիսկոպոսաց սինհոդոսին ազատութիւն տուինք ընտրելեաց ձիրքերը քննելու՝ ինչ կերպով որ աւելի պատշաճ կը համարին, նաեւ եթէ հաճոյ ըլլայ՝ ժողովրդեան վկայութեան դիմելով: Եւ իրօք ալ՝ նաեւ այս Մեր սահմանադրութիւնը տալէն ետեւ, ասկէ երեք տարի յառաջ՝ երբ պէտք եղաւ Սեբաստիայի ու Եւդոկիայի (Թոգաթի) գաւառներուն համար եպիսկոպոս ընտրել, Հայ եպիսկոպոսները նոյն վկայութիւնը խնդրեցին. եւ ասոր կը վկայեն Առաքելական Դրան խաւրուած արձանագիրները: Բայց նոյնը նաեւ Պատրիարքին ընտրութեան նկատմամբ սահմանելը պատշաճ չհամարեցանք եւ չենք համարիր, թէ անոր պատուոյն բարձրութեան պատճառաւ,

[1] Պիոս Զ. Առաք. Թղթ. ընդդ. քաղաք. սահման. կղերին. 1791 Մարտ 10:

[2] Գիրք Ա. ընդդ. Յովինեան. Թ. 34:

tum quod universis suae regionis Episcopis praepositus sit, tum demum, quia ex actis ad hanc Apostolicam Sedem allatis, patet Patriarcharum cuiusque Orientalis ritus electiones a solis Episcopis peractas fuisse; nisi forte cum peculiares atque extraordinariae circumstantiae aliud postularunt; scilicet ut catholici se a schismaticorum, queis suberant, potestate et vi tuerentur, et alio sibi Patriarcha quaesito, per hoc ipsum suum ab iisdem schismaticis recessum, veramque et sinceram ad catholicam fidem conversionem veluti confirmarent; quod et in electione Abrahami Petri I factum est.

28. Quod vero Apostolicae huic Sedi asseruerimus ius et potestatem eligendi Episcopum in ternaria propositione vel extra eam; atque electum Patriarcham inthronizari vetuerimus nisi antea a Rom. Pontifice confirmatum, illud est quod nonnulli acerbius ferunt, ac lamentantur; et Nobis Ecclesiarum suarum consuetudines et canones oggerunt, quasi a custodia sacrorum canonum recesserimus. Quibus quidem reponi posset illud S. Gelasii praedecessoris Nostri[1], qui similem calumniam ab Acacianis schismaticis passus „Nobis aiebat, opponunt „canones, dum nesciunt quid loquantur: contra quos „hoc ipso venire se produnt, quod primae Sedi sana „rectaque suadenti parere refugiunt.“ Ipsi enim sunt canones, qui omnimodam B. Petri divinam auctoritatem in universam ecclesiam agnoscunt; eumque, ut in Ephesina Synodo[2] dictum est, ad hoc usque tempus et semper in suis successoribus vivere et iudicium exercere praedicant. Merito proinde Stephanus Episcopus Larissae his, qui reputabant de privilegiis Ecclesiarum regiae urbis Constantinopolitanae aliquid minui per interventionem Romani Pontificis, confidenter respondere potuit: „Auctoritas „Sedis Apostolicae, quae a Deo et Salvatore nostro

[1] In Commonit. ad Faustum n. 5.   [2] Oecumen. Syn. Ephesin. Act. 3.

եւ թէ անոր համար՝ որ Պատրիարքն իւր նահանգին բոլոր Եպիսկոպոսաց վրայ դրուած է, եւ վերջապէս՝ որովհետեւ Առաքելական Գահիս խրկուած արձանագիրներէն յայտնի գիտենք, որ ամէն արեւելեան ծէս ունեցող Պատրիարքաց ընտրութիւնը՝ միայն Եպիսկոպոսունք կատարած են, բայց եթէ թերեւս մասնաւոր եւ արտաքոյ կարգի պարագաներ ուրիշ կերպ վարուելու ստիպած ըլլան, այսինքն՝ որպէսզի ուղղափառք պատսպարուին հերձուածողաց իշխանութենէն ու բռնութենէն՝ որոնց տակն էին, եւ իրենց ուրիշ Պատրիարք մը խնդրելով՝ անով իբր թէ հերձուածողներէն անջատելնին եւ ճշմարտութեամբ ու անկեղծութեամբ կաթողիկէ հաւատոյ դառնալնին հաստատեն. ինչպէս որ Աբրահամ Պետրոս Ա.ին ընտրութեան ատենն ալ եղած է։

28. Բայց ոմանց շատ ծանր կու գայ եւ դառն տրտունջներ կ'ընեն որ Մենք Առաքելական Գահին սեպհականեցինք՝ Երից առաջարկութեամբ եւ կամ անկէ դուրս՝ եպիսկոպոս ընտրելու իրաւունքն ու իշխանութիւնը, ինչպէս նաեւ արգելեցինք՝ ընտրուած պատրիարքին՝ Հռոմայ Քահանայապետէն չհաստատուած՝ գահընկալութիւն ընելը։ Եւ իրենց Եկեղեցիներուն սովորութիւնն ու կանոններն առջեւնիս կը դնեն, իբր թէ Մենք սուրբ կանոնաց պահպանութենէն խոտորած ըլլանք։ Ասոնց կրնայինք պատասխան տալ Ս. Գելասիոս Մեր նախորդին պէս, որ Ակակեան հերձուածողներէն նման զրպարտութիւն մը կրելով՝ կ'ըսէ. “Կանոններ[1] առջեւնիս կը դնեն, բայց խօսածնին “չեն գիտեր. եւ ասով իսկ հակառակ կանոնաց գործելնին մէջ“տեղ կը հանեն, ինչու որ կը խուսափեն առաջին Աթոռոյն “հնազանդելու, որն որ ողջամիտ եւ ուղիղ բաներ իրենց կը թե“լադրէ„։ Վասն զի նոյն իսկ կանոններն են՝ որոնք Երանելւոյն Պետրոսի աստուածուստ բովանդակ Եկեղեցւոյ վրայ ամէն կերպով ունեցած իշխանութիւնը ճանչցած են. եւ կը քարոզեն, ինչպէս Եփեսոսի[2] ժողովոյն մէջ ըսուեցաւ, թէ մինչեւ հիմայ եւ միշտ իւր յաջորդաց վրայ կենդանի է ու դատաստան կ'ընէ Պետրոս։ Ուստի եւ յիրաւի անոնց՝ որոնք կարծէին թէ Հռոմայ Քահանայապետին միջամտութեամբը Կոստանդնուպոլսոյ արքունական քաղաքին Եկեղեցեաց արտօնութիւնները կը նուազին, կրցաւ համարձակապէս պատասխան տալ Ստեփանոս Լարիսացւոց եպիսկոպոսն ըսելով. “Առաքելական Գահին իշխա-

[1] Յորդոր առ Փաւստոս. Թ. 5։   [2] Տիեզ. Ժող. Եփես. Արձան. 3։

„summo Apostolorum data est, omnibus sanctarum „ecclesiarum privilegiis antecellit, in cuius confes„sione omnes mundi requiescunt ecclesiae“[1].

29. Profecto si historiam vestrarum regionum mente repetatis, exempla vobis occurrent Romanorum Pontificum, hac utentium potestate, cum eius exercitium necessarium existimarunt ad incolumitatem ecclesiarum Orientalium. Idcirco Agapetus Rom. Pontifex Anthimum auctoritate sua a Constantinopolitana sede deturbavit; eique Mennam absque ulla synodo suffecit. Et Martinus I praedecessor Noster Ioanni Episcopo Philadelphiae vicem suam commisit in Orientis partibus[2], atque *ex apostolica auctoritate*, ipse ait, ***quae data est nobis a Domino per Petrum sanctissimum et principem Apostolorum***, praecepit memorato Episcopo, ut constitueret per omnem civitatem earum, quae sedi tum Hierosolymitanae tum Antiochenae subsunt, Episcopos et presbyteros et diaconos. Et si ad recentiora tempora decurrere placeat, Mardensem Armenorum Episcopum huius Apostolicae Sedis auctoritate electum et consecratum noscetis; quam demum curam Ciliciae Patriarchis praedecessores Nostri concesserunt, Mesopotamiae regionis administratione ad beneplacitum S. Sedis iisdem attributa. Et haec quidem omnia consentanea omnino sunt supremae Romanae Sedis potestati; quam Armenorum Ecclesia, si luctuosa schismatis tempora excipiantur, agnovit semper, praedicavit, et reverita est. Neque mirum, quandoquidem etiam apud vestrates a catholica fide adhuc alienos, firma manet et viget antiqua traditio, magnum illum Episcopum et Matyrem, quo gentis vestrae Illuminatore merito gloriamini, quemque Chrysostomus[3] solem apellavit

[1] Steph. Lariss. Epis. in Libell. Oblat. Bonif. II. et Rom. Syn. an. 531.
[2] Epist. ad Ioan. Philadelph. Labbe Collect. Concil. Ed. Venet. Tom. VII. col. 22.
[3] Encom. S. Greg. Armenor. Illumin. ex homiliar. Armen. in Oper. S. Io. Chrysost. Parisiis 1864. Tom. 12. col. 944.

նութիւնը՝ որ „Աստուծմէ եւ մեր փրկչէն Առաքելոց գլխաւո„րին տրուած է, ամէն սուրբ Եկեղեցիներուն առանձնա„շնորհութիւնները կը գերազանցէ. եւ այս գերազանցութեան „դաւանութեան վրայ միաբան են տիեզերաց ամէն եկեղեցի„ները“[1]:

29. Եթէ ձեր երկիրներուն պատմութիւնը մտքերնիդ բերէք, Հռոմայ քահանայապետներու օրինակներ առջեւնիդ կ'ելլեն, որ այն իշխանութիւնը գործածած եւ Արեւելեան եկեղեցիներուն պահպանութեան համար նոյն իշխանութեան գործածութիւնը կարեւոր համարած են: Ըստ այսմ՝ Ագապետոս Հռոմայ Քահանայապետն իր իշխանութեամբը զԱնթիմոս Կոստանդնուպոլսոյ գահէն վար առնելով, անոր տեղը՝ առանց ամենեւին սինհոդոսի՝ զՄինաս կարգեց: Իսկ Մարտինոս Ա. Մեր նախորդը զՅովհաննէս Փիղադեղփիոյ եպիսկոպոսն Արեւելքի կողմերն իրեն փոխանորդ դրաւ[2], եւ ինչպէս ինք կ'ըսէ. ***Առաքելական իշխանութեամբ որ տրուած է Մեզի ի Տեառնէ սրբոյն Պետրոսի Առաքելոց գլխաւորին միջնորդութեամբը***, վերոյիշեալ Եպիսկոպոսին հրամայեց որ Երուսաղեմացւոց եւ Անտիոքացւոց աթոռներուն հպատակեալ քաղաքաց մէջ՝ եպիսկոպոս քահանայ ու սարկաւագ դնէ: Եւ եթէ մօտ ժամանակներուն գանք, գիտէք որ Մամպրոյ (Մերտինի) հայ եպիսկոպոսն Առաքելական Գահիս իշխանութեամբ ընտրուած ու ձեռնադրուած է: Եւ յետոյ այս հոգաբարձութիւնը Մեր նախորդները Կիլիկիոյ Պատրիարքներուն շնորհեցին՝ անոնց յանձնելով Միջագետաց գաւառին վարչութիւնը ցորչափ Ս. Գահին հաճոյ երեւայ: Եւ այս ամենայն բոլորովին համեմատ է Հռոմայ Գահին գերագոյն իշխանութեան, զոր Հայոց Եկեղեցին՝ հերձուածոյն ողբալի ժամանակները դուրս հանելով՝ միշտ ճանչցած, քարոզած եւ մեծարած է: Բայց հարկ ալ չէ ասոր վրայ զարմանալ. որովհետեւ ձեր տակաւին կաթոլիկէ հաւատքէն օտարացեալ ազգակիցներուն մէջ հաստատուն ու կենդանի մնացած է հին աւանդութիւնը, թէ այն մեծ Եպիսկոպոսն ու Վկայն, որուն՝ իբրեւ ձեր ազգին Լուսաւորչին վրայ իրաւամբ կը պարծիք եւ զորն որ Ոսկեբերան[3] Արեւելից կողմերուն արեգակը կը կոչէ,

[1] Ստեփ. Լարիս. Եպիս. ի ճառին ընծայ. Բոնիփ. եւ Բ. ժողով Հռոմ. 531 տարւոյն:
[2] Թղթ. առ Յովհ. Փիղադ. Լաբ. Բոլ. ժող. տպ. Վենետ. Հտ. Է. էջ 22:
[3] Գով. Ս. Գրիգ. Հայ. Լուս. ի ճառս Ս. Յով. Ոսկեր. Փարիզ, 1864, Հտ. ԺԲ. էջ. 344:

in partibus Orientalibus nascentem, cuius radiorum splendor usque ad Graecorum gentem pertigit, potestatem suam ab Apostolica Sede accepisse; ad quam longo atque difficili itinere minime deterritus, coram accedere non dubitaverit.

30. Causae autem, gravissimae illae quidem, Deus testis est, diuque ante a Nobis et vetera et recentiora recolentibus mature perpensae, Nos impulerunt, ut ad hanc demum dispositionem, non ex alicuius suggestione, sed motu proprio et ex certa scientia deveniremus. Quisque enim facile intelligit, a recta Episcoporum electione, pendere aeternam et cum ipsa quandoque temporalem populorum felicitatem; eique attentis praesertim locorum ac temporum adiunctis ea ratione consuli debuisse, ut ad Apostolicam Sedem, unde processit, instituendorum sacrorum Antistitum auctoritas omnis revocaretur. Cuius tamen potestatis exercitium ita temperare visum est, ut Episcoporum synodo maneret potestas Patriarcham eligendi; eiusque simul esset tres idoneos viros ad vacantes sedes Nobis proponere, ut in memorata Nostra Constitutione sancitum fuit.

31. Qua etiam in re ut desides excitarentur, bene currentibus stimulus adderetur, sperare Nos ediximus vere idoneos viros tantoque dignos munere propositum iri, ne unquam *cogeremur* alium licet non propositum vacanti sedi praeficere; quod etiam in methodo[1] anno 1853 a Nobis constituta eodem prorsus consilio cautum fuerat. Accepimus, et ex his ceteroquin mitissimis verbis aliquos arripuisse occasionem suspicandi, ne illusoria futura sit nulliusque apud Nos momenti synodalis Episcoporum propositio: alios autem ulterius progressos excogitavisse, latere in hisce verbis propositum committendi Armenorum curam Latinis Episcopis. Equidem nullam ineptae huiusmodi criminationes responsionem merentur: has

[1] Instruct. *Licet* 20. August. 1853.

որուն ճառագայթից նշոյլները մինչեւ Յունաց ազգը հասաւ, իւր իշխանութիւնն Առաքելական Գահէն ընդունեցաւ, որուն մօտենալու համար երկայն ու տաժանելի ճանբորդութիւն յանձն առաւ։

30. Վկայ է Աստուած, որ թէ հին ու թէ նոր դէպքերը յառաջագոյն երկայն ժամանակ նկատելնէս ետեւ, հասուն խորհրդով կշռուած ծանր ծանր պատճառներ զՄեզ ստիպեցին վերջապէս այն տրամադրութեան ձեռք զարնելու, չէ թէ ուրիշէ դրդուելով, հապա ինքնաշարժ եւ ստոյգ գիտութեամբ։ Իւրաքանչիւր ոք կրնայ դիւրաւ միտք առնուլ որ Եպիսկոպոսաց աղէկ ընտրութենէն կախուած է ժողովրդոց յաւիտենական եւ երբեմն նաեւ ժամանակաւոր երջանկութիւնը, եւ թէ — միտ դնելով գլխաւորաբար տեղեաց ու ժամանակաց պարագաներուն — աս եպիսկոպոսաց ընտրութեան այնպիսի կարգադրութիւն մը պէտք էր ընել, որ եպիսկոպոս կարգելու իշխանութիւնն ամբողջ վերստին Առաքելական Գահին դառնայ, որմէ որ ելած է։ Սակայն այս մեր իշխանութեան գործածութիւնը պատշաճ համարեցանք անանկ չափաւորել՝ որ եպիսկոպոսաց սինհոդոսին մնայ Պատրիարք ընտրելու իշխանութիւնը. միանգամայն նոյն սինհոդոսը կարող ըլլայ դատարկացեալ աթոռոց յարմար երեք հոգի Մեզի առաջարկել, ինչպէս որ Մեր յիշատակեալ Սահմանադրութեան մէջ որոշուած է։

31. Բայց որպէս զի դանդաղկոտները զարթնուն, իսկ քաջ ընթացողները խրախուսին, վստահ ենք՝ ըսինք, որ ստուգիւ յարմար եւ այնպիսի պաշտաման արժանի անձինք Մեզի կ'առաջարկուին, որպէս զի չստիպուինք երբեք ուրիշ չառաջարկուած մէկը դատարկացեալ գահը նստեցընել, եւ նոյնն ըսած էինք ճիշդ նոյն դիտմամբ նաեւ Մեր 1853ին սահմանած ընտրութեան եղանակին մէջ[2]։ Բայց լուր առինք թէ ոմանք Մեր այսչափ մեղմ խօսքերէն առիթ առնելով՝ կասկածեր են որ Եպիսկոպոսաց սինհոդոսական առաջարկութիւնը միայն ձեւի համար ըլլայ եւ Մեր առջեւն ամենեւին արժէք ունեցող բան մը չըլլայ, եւ ոմանք աւելի եւս յառաջ երթալով՝ կարծեր են որ այն խօսքերուն մէջ Հայոց հոգատարութիւնը Լատին Եպիսկոպոսաց յանձնելու դիտաւորութիւն մ'եղած ըլլայ։ Արդարեւ այսպիսի անհամ զրպարտութիւնք պատասխանի արժանի չեն.

[2] Հրահ. Թէպէտ եւ 1853 Օգոստ. 20։

enim proferre iis tantum licet, qui evanuerunt in cogitationibus suis, et trepidaverunt timore, ubi non erat timor. De Nostro iure extra ternariam propositionem eligendi, silendum non esse duximus, ne quis umquam futuris quibusque temporibus Apostolicam Sedem adigeret ad eius usum exercendum. Hoc vero ius ac debitum, etiam tacentibus Nobis, Bmi Petri cathedrae integrum mansisset: quae enim ab ipso Christo Deo ei data sunt iura et privilegia, impeti quidem possunt, convelli non possunt; neque in hominis potestate est divino iuri renunciare, quod aliquando ex ipsius Dei voluntate exercere adigeretur.

32. Ceterum etsi undeviginti iam abhinc annis haec Armenis edicta fuerint et pluries de eligendis Episcopis actum sit, numquam hactenus contigit, ut Nos ea potestate usi fuerimus, ne tum quidem, cum recentiori tempore, post editam Constitutionem ***Reversurus,*** ternariam quandam propositionem acceperemus, e qua Episcopum eligere non potuimus. Quam proinde a synodo Episcoporum iuxta praescriptas a Nobis leges innovandam ediximus, quin alium non propositum eligeremus: quominus vero id fieret, novum schisma quo Armenorum ecclesia dilacerari coepit, hactenus impedimento fuit. Porro futurum confidimus, numquam calamitosa adea tempora Armeniis catholicis ecclesiis fore ventura, ut Romani Pontifices compellantur viros iisdem praeficere ab Episcoporum synodo non propositos.

33. Pauca addere iuvat de vetita Patriarcharum inthronizatione ante apostolicam huius S. Sedis confirmationem. Patriarcharum electionem numqum firmam ratamque habitam fuisse absque Romani Pontificis assensu et confirmatione, veterum monumenta testantur; quam proinde confirmationem ab electis ad patriarchales sedes expetitam fuisse, ipsis etiam imperatoribus deprecantibus, compertum est. Ita, ut in re notissima alios omittamus, Anatolius Constan-

վասն զի այսպիսի բաներ անոնք միայն կրնան ըսել՝ որ ընդունայնացան ի խորհուրդս իւրեանց եւ երկնչին ուր ոչ գոյ երկիւղ: Երեք առաջարկութենէն դուրս ընտրելու իրաւունքնիս լռութեամբ անցնիլ չուզեցինք, որ մէկը ապագայ ժամանակները երբեք չպարտաւորէ զԱռաքելական Գահը՝ նոյնը գործադրելու: Իսկ այս իրաւունքն ու պարտքը՝ թէեւ լռած ըլլայինք՝ անբռնաբարելի կը մնար Երանելւոյն Պետրոսի Աթոռին: Վասն զի նոյն իսկ ի Քրիստոսէ յԱստուծոյ անոր տրուած իրաւանց եւ առանձնաշնորհութեանց դէմ կրնան մարդիկ յարձակիլ, բայց կործանել՝ չեն կրնար: Եւ ոչ ալ մարդս ունի կարողութիւն հրաժարելու այն յաստուծուստ տրուած իրաւունքէն, զոր երբեմն ստիպուած է գործածել, նոյն իսկ Աստուծոյ ուզելովը:

32. Թէպէտ եւ ասկէ տասնուինը տարի յառաջ այս ամենայն Հայոց հրատարակուած եւ շատ հեղ Եպիսկոպոս ընտրելու առիթ պատահած էր, սակայն մինչեւ հիմայ երբեք նոյն իրաւունքը չբանեցուցինք, եւ ոչ ալ այն անգամուն՝ երբ մօտ ատեններս ի *Reversurus* սահմանադրութիւնը տալէն ետեւ, Երեք առաջարկութիւն մ'ընդունեցանք, որոնց մէջէն եպիսկոպոս մը չկրցանք ընտրել: Ուստի եւ հրաման տուինք որ Մեզմէ սահմանուած օրինաց համեմատ՝ Եպիսկոպոսաց սիւնհոդոսով նոր առաջարկութիւն մ'ընեն. բայց չառաջարկուած մէկը չընտրեցինք: Սակայն ասոր մինչեւ ցայսօր արգելք եղաւ նոր հերձուածը, որով Հայոց Եկեղեցին սկսաւ պառակտիլ: Ի վերայ այսր ամենուն վստահ ենք որ կաթողիկեայ Հայոց Եկեղեցիներուն վրայ այնպիսի աղէտալից ժամանակներ չեն ի գալ, որ Հռոմայ Քահանայապետները բռնադատուին Եպիսկոպոսաց սիւնհոդոսէն չառաջարկուած անձինք իրենց առաջնորդ դնելու:

33. Կ'ուզենք հոս քանի մը խօսք ալ աւելցնել թէ ինչու արգելուած է զՊատրիարքն իւր գահը նստեցնել՝ այս Ս. Գահին առաքելական հաստատութիւնը չառած: Հին յիշատակարանք կը վկայեն որ Պատրիարքաց ընտրութիւնը առանց Հռոմայ Քահանայապետին հաւանութեան ու հաստատութեան՝ երբեք իբրեւ վաւեր ու հաստատ չէ համարուած. ուստի եւ յայտնի է որ իրենք պատրիարք ընտրուողները՝ սոյն հաստատութիւնը կը խնդրէին, նոյն իսկ կայսրներն ալ այս բարեխօսութիւն ընելով: Անոր համար՝ ասանկ յայտնի բանի մէջ ուրիշ

tinopolitanus Episcopus, vir certe de Apostolica Sede non optime meritus; quin et ipse Photius primus Graeci schismatis auctor, ut electiones suae Romani Pontificis firmarentur assensu, flagitarunt, interventione quoque usi imperatorum Theodosii, Michaelis, et Basilii. Maximum vero Antiochenum Episcopum idcirco Patres Chalcedonenses[1] in sua sede consistere voluerunt, etsi latrocinalis Ephesinae synodi in qua Domno suffectus fuerat, acta omnia irrita declarassent, eo quod „sanctus et beatissimus „Papa qui episcopatum sancti ac venerabilis Maximi „Episcopi Antiochenae Ecclesiae confirmavit, iusto „satis iudicio eius meritum approbasse visus esset."

34. Quod si de illarum ecclesiarum Patriarchis agatur, quae recentiori aevo ad catholicam unitatem eiurato schismate reversae sunt, neminem eorum invenietis, qui Rom. Pontificis confirmationem non expetierit; quos omnes iidem Romani Pontifices datis litteris ita confirmarunt, ut eos simul Ecclesiis suis instituentes praeficerent. Factum quidem est, ut Apostolica Sede tolerante propter regionum longinquitatem, itinerum pericula, et impendentia saepe saepius damna ab schismaticorum eiusdem ritus praepotentia, electi Patriarchae ante Summi Pontificis confirmationem potestate uterentur, quod etiam in Occidente propter necessitates Ecclesiarum et utilitates dispensative iis concessum est[2], qui essent valde remoti. At par est animadvertere, cessasse huiusmodi causas, sublatis itinerum difficultatibus, et ereptis catholicis beneficio summi Othomanici Imperatoris a civili schismaticorum potestate. Nemo autem non videt, ita tutius provideri catholicae fidei conservationi, quam perturbare pro lubitu posset ante receptam Apostolicam confirmationem qui tanto

[1] Concil. Chalcedon. Act. X.   [2] Concil. Later. IV. car. 26.

օրինակները թող տանք. Անատոլիոս Կոստանդնուպոլսոյ Եպիսկոպոսը, որ ստուգիւ Առաքելական Աթոռին նկատմամբ այնչափ արդիւնաւոր անձ չէր, դարձեալ նոյն իսկ Փոտիոս Յունաց հերձուածին սկզբնապատճառը, թախանձանօք աղաչեցին որ իրենց ընտրութիւնն Հռոմայ Քահանայապետին հաւանութեամբը հաստատուի, միջնորդ բռնելով Թէոդոս, Միքայէլ եւ Բասիլ կայսրները: Իսկ Քաղկեդոնի Հայրք, որոնք անվաւեր հրատարակած էին Եփեսոսի աւազակական ժողովոյն բոլոր որոշումները, ի վերայ այսր ամենայնի ուզեցին որ Մաքսիմոս Անտիոքայ եպիսկոպոսն իր աթոռը մնայ, թէեւ նոյն աւազակական ժողովը զինքը հոն Դոմնոսի տեղ նստուցած էր, եւ ասիկայ ըրին՝ որովհետեւ „իրենց այնպէս երեւցաւ թէ սուրբ եւ երանելի Քահանայապետը՝ „սուրբ եւ մեծարոյ Մաքսիմոսին՝ Անտիոքայ եկեղեցւոյ եպիս„կոպոսին եպիսկոպոսութիւնը հաստատած ըլլալով, ըստ բաւա„կանին արդար դատմամբ անոր արդիւնքը ճանչցած է[1]„:

34. Իսկ այն Եկեղեցիներուն Պատրիարքացը վրայ խօսելով, որոնք նոր ատեններս հերձուածէն հրաժարած ու Կաթողիկէ միութեան դարձած են, անոնցմէ եւ ոչ մէկը կը գտնէք՝ որ Հռոմայ Քահանայապետէն հաստատութիւն խնդրած չըլլայ. զորոնք Հռոմայ Քահանայապետներն Առաքելական թղթերով ուրիշ կերպ չհաստատեցին՝ բայց եթէ զանոնք իրենց եկեղեցիներուն առաջնորդ կարգելով: Եղած ալ է՝ որ գաւառաց հեռաւորութեան, ճանապարհաց վտանգներուն եւ վերահաս վնասներուն համար, որոնք շատ յաճախ նոյնածէս հերձուածողաց բռնութենէն կրնային յառաջ գալ, Առաքելական Աթոռին թոյլ տալովն ընտրուած Պատրիարքները՝ ծայրագոյն Քահանայապետէն հաստատութիւն չառած՝ իշխանութիւննին ի գործ դնեն. եւ այս բանս Արեւմուտք ալ Եկեղեցեաց կարօտութեան եւ օգտին համար, շատ հեռու գտնուողներուն՝ տնօրինմամբ շնորհուած է[2]: Բայց պէտք է միտ դնել որ այն պատճառներն ալ հիմա դադրած են՝ ճամբաներու դժուարութեանց վերցուելովը, եւ Օսմանեանց վեհափառ Ինքնակալին բարերարութեամբ Կաթողիկեայց հերձուածողներուն քաղաքական իշխանութենէն ազատելովը: Եւ ո՞վ է՝ որ չիմանայ թէ այս կերպով ուղղափառ հաւատոյ պահպանութեան աւելի ապահովապէս հոգ տարուած կըլլայ, որովհետեւ կրնայ զանիկայ ըստ հաճոյս՝ դեռ Առաքելա-

[1] Քաղկեդ. Ժող. Արձ. Ժ: [2] Լատեր. Ժող. Դ. կան. 26:

indignus officio in patriarchalem sedem insiliret; vel certe perturbationum occasiones praepediri, quae oriri possent, si quando electus patriarcha a S. Sede Apostolica reiectus, e suo loco cedere deberet.

35. Profecto si res attente introspiciatur, apparebit, quaecumque in Nostra Constitutione sancita sunt, omnia ad catholicae fidei conservationem et incrementum, nec non ad veram Ecclesiae libertatem, auctoritatemque Episcoporum vindicandam conspirare; quorum iura et privilegia, quae in Apostolicae Sedis firmitate solidantur, roborantur, conquiescunt, Romani Pontifices, supplicantibus Episcopis cuiusque dignitatis, gentis vel ritus, contra haereticos vel ambitiosos, strenue semper defenderunt.

36. De nationalibus vero, uti aiunt, iuribus opus non est ut pluribus respondeamus. Si enim de civilibus tantum agatur, ea in potestate sunt supremi Principis; cuius est de illis rite diiudicare ac decernere, prout ad subditorum utilitatem expedire censuerit. Si forte autem de ecclesiasticis res intelligenda sit, nemo unus ignorare potest, nulla nationalia seu populorum iura in Ecclesiam eiusque hierarchiam et ordinationes, catholicos umquam novisse. Etsi enim undique gentes ac nationes in Ecclesiam confluxerint, omnes tamen in unitate sui nominis ita Deus adunavit sub eo, quem universis praefecit, supremo Pastore B. Petro Apostolorum Principe, ut iam non sit, uti monebat Apostolus, Gentilis et Iudaeus, Barbarus et Scytha, servus et liber, sed omnia et in omnibus Christus[1]: ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit in aedificationem sui in charitate[2]. Dominus enim non modo nullam gentibus aut nationibus dedit potestatem

[1] Coloss. III. 11. [2] Ephes. IV. 16.

կան հաստատութիւնը չառած՝ վրդովել այնպիսի բարձր պաշտօնին անարժան ըլլող անձ մը, եթէ Առաքելական Գահին հաստատութիւնը չառած՝ պատրիարքական գահը նստի. կամ այս կերպով այն խռովութեանց առիթներուն առջեւը ստուգիւ կառնուի, որոնք կրնան ծագիլ՝ եթէ ընտրուած պատրիարքն Առաքելական Գահէն մերժուելով՝ ստիպուի իւր տեղէն ելլելու:

35. Ստուգիւ եթէ իրաց ներքին կերպարանքը նկատելու ըլլանք, յայտնի կ'երեւայ որ Մեր Սահմանադրութեամբն ամէն հաստատածնիս՝ կը հայի կաթողիկէ հաւատոց պահպանութեան ու զարգացման, մանաւանդ Եկեղեցւոյ ճշմարիտ ազատութեան եւ Եպիսկոպոսաց իշխանութիւնը պաշտպանելու, որոնց՝ Առաքելական Գահին հաստատութեան վրայ հիմնուած, նոյնով զօրացած ու ապահովցած իրաւունքներն ու արտօնութիւնները, որպիսի եւ իցէ աստիճանի կամ ազգի կամ ծիսի եպիսկոպոսներու աղաչանաց համեմատ՝ Հռոմայ Քահանայապետք միշտ քաջութեամբ պաշտպանած են հերետիկոսաց կամ փառասիրաց դէմ:

36. Իսկ ազգային ըսուած իրաւանց վրայ հարկ չկայ որ երկայն պատասխան տանք: Վասն զի եթէ քաղաքական իրաւանց վրայ է խնդիրը՝ վեհափառ Ինքնակալին ձեռքն են. եւ իրեն կ'իյնայ անոնց վրայ ըստ օրինի դատաստան ընել ու վճիռ տալ՝ ինչպէս որ հպատակաց օգտին լաւ կը տեսնէ: Իսկ եթէ եկեղեցական իրաւանց վրայ է խօսքը, ոչ ոք կրնայ ուրանալ որ Եկեղեցւոյ եւ իւր նուիրապետութեան ու սահմանադրութեանց վրայ ամենեւին ազգային կամ ժողովրդոց իրաւունք չեն ճանչնար ուղղափառք: Վասն զի թէեւ ամէն կողմանէ ազգք եւ ազինք Եկեղեցւոյ դիմեցին, սակայն Աստուած զանոնք իւր անուան միութեամբն այնպէս միացուց ծայրագոյն Հովուին Առաքելոյն Պետրոսի Առաքելոց իշխանին անձին վրայ, զոր որ ամենուն գլուխ կարգեց, որ՝ Առաքելոյն ըսածին պէս, ալ չմնաց ոչ հեթանոս եւ ոչ հրեայ, ոչ խուժ դուժ եւ ոչ սկիւթացի, ոչ ծառայ եւ ոչ ազատ, այլ ամենայն եւ յամենայնի Քրիստոս[1]. "Ուստի ամենայն մարմինն յօդեալ եւ պատշաճեալ ամենայն խաղալեօք տարաբերութեան, ըստ ազդեցութեան չափով ըստ իւրաքանչիւր մասին զաճումն մարմնոյ գործէ ի շինած անձին իւրոյ սիրով[2]": Վասն զի Տէրն մեր չէ թէ միայն ազգաց կամ ժողովրդոց՝ Եկեղեցւոյ վրայ իշխանութիւն չտուաւ,

[1] Կողոս. Գ. 11: [2] Եփես. Դ. 16:

in Ecclesiam, sed eas iniuncto debito credendi[1] docendas commisit Apostolis; unde et Beatissimus Petrus[2], convenientibus Apostolis et senioribus palam edixit, elegisse Deum, per os suum audire gentes verbum Evangelii et credere.

37. At etiam summi Imperantis iura a Nobis violata fuisse dicuntur. Vulgaris haec est longoque haereticorum usu detrita calumnia; quam primitus contra Christum Deum a Iudaeis excogitatam, ethnici apud romanos imperatores, mox haeretici apud principes etiam catholicos saepissime adhibuerunt, atque utinam et in praesentia non adhiberent. Quare S. Hieronymus[3] scripsit „adulari haereticos regali fastigio, et hanc habere consuetudinem, ut superbiam suam regibus imputent, et quod ipsi faciunt rex fecisse videatur: sanctos viros ac praecones fidei accusare apud eum, et iubere doctoribus ne praedicent in Israel, ne contra regis faciant voluntatem, quia Bethel, hoc est *domus Dei* et falsa ecclesia sanctificatio regis sit et domus regni.“ Has quidem impudentissimas calumnias contemptu ac silentio obterere satius esset, adeo a catholicae fidei doctrinis, Nostrisque moribus et institutis alienae sunt. Verum simplicibus et imperitis utilissimum est providere, ne damno afficiantur male et sinistre de Nobis et de Apostolica Sede existimantes, ob malignorum dicteria, „qui ex eo quod alios incessunt, „vitiis suis opem ferre moliuntur“[4].

38. Ecclesiae igitur catholicae doctrina est ab ipso Christo Deo accepta, et a sanctis Apostolis tradita, reddenda esse Caesari quae sunt Caesaris, Deo autem quae Dei sunt; quapropter et praedecessores Nostri numquam omiserunt, cum opus fuit, debitam

1 Matth. XXVIII. 19.
2 Act. XV. 7.
3 Comm. in Amos cap. VII. vv. 10. 11.
4 Greg. Naziaz. orat. 43. in laud. S. Basil. n. 68.

հապա հաւատալու պարտք դնելով[1] իրենց վրայ՝ Առաքելոց յանձնեց որ զիրենք ուսուցանեն: Ուստի եւ Երանելին Պետրոս՝ Առաքելոց եւ Երիցանց ժողովոյն յայտնապէս ըսաւ թէ “ընտրեաց Աստուած՝ բերանով իմով լսել հեթանոսաց բանին աւետարանի եւ հաւատալ[2]„:

37. Կըսեն նաեւ թէ վեհափառ Իշխանակալին իրաւունքները բռնաբարեր ենք: Սովորական զրպարտութիւն, հերետիկոսաց երկայնժամանակեայ գործածութեամբը հինցած. զոր նախ Հրեայք Քրիստոսի Աստուծոյ դէմ հնարեցին, իսկ հեթանոսք՝ Հռոմայեցւոց Իշխանակալաց, քիչ մ՚ետքն ալ հերետիկոսները նաեւ ուղղափառ կայսերաց առջեւ յաճախ գործածեցին, եւ երանի թէ հիմայ ալ չգործածէին: Անոր համար այսպէս կը գրէ սուրբ Յերոնիմոս[3]. “Հերետիկոսք թագաւորական բարձրութեան կը շողոքորթեն, եւ այս սովորութիւնն ունին որ իրենց հպարտութիւնը թագաւորաց վրայ կը ձգեն, եւ որպէս զի իրենց ըրածը թագաւորն ըրած երեւայ, անոր առջեւը սուրբ մարդիկն ու հաւատոյ քարոզիչները կ՚ամբաստանեն, եւ կը հրամայեն վարդապետաց՝ որ Իսրայէլի մէջ չքարոզեն, իբրեւ թէ չըլլայ որ թագաւորին կամացը հակառակ ընեն, վասն զի Բեթէլ՝ այսինքն տունն Աստուծոյ եւ սուտ եկեղեցին՝ թագաւորին նուիրական բանն եւ թագաւորութեան տունն է„: Այս անպատկառ զրպարտութիւններն այնչափ օտար են ուղղափառ հաւատոյ ուսմունքէն եւ Մեր սովորութենէն ու կարգերէն, որ զանոնք արհամարհանօք ու լռութեամբ կոխել անցնիլն աւելի աղէկ էր: Սակայն պարզամտաց եւ տգիտաց համար շատ օգտակար է հոգ տանիլ, որ չվնասին՝ Մեր վրայ եւ Առաքելական Գահին վրայ չար ու ծուռ կարծիք ունենալով՝ չարամիտ մարդկան անհիմն խօսքերուն համար, որոնք “ուրիշներուն վրայ յարձակելով՝ կը “ջանան իրենց մոլութիւններուն օգնութիւն գտնել[4]„:

38. Այն իսկ ի Քրիստոսէ ընկալեալ ու Առաքեալներէն աւանդեալ վարդապետութիւն է ուղղափառ Եկեղեցւոյ, որ զկայսերն կայսեր եւ զԱստուծոյն Աստուծոյ տալ պէտք է. անոր համար Մեր Նախորդներն ալ երբեք զանց չըրին պէտք եղած ատեն՝ իշխանաց պարտաւոր հաւատարմութիւնն ու հնազանդու-

1 Մտթ. ԻԸ. 19:
2 Գրծ. ԺԵ. 7:
3 Մեկն. Ամով. Գլ. Է. 10, 11:
4 Գրիգ. Նազիանզ. Ճառ. ԽԳ. ի գով. Ս. Բարսղի:

principibus fidem et obedientiam inculcare. Quo fit, ut imperatoris propria sit civilium rerum administratio, res autem ecclesiasticae ad sacerdotes omnino pertineant. His autem rebus ea omnia sunt accensenda quae ad exteriorem, uti aiunt, Ecclesiae disciplinam constituendam et sanciendam necessaria sunt: haereticum enim esset asserere, uti iam definitum fuit a recol. mem. Pio VI praedecessore Nostro[1] usum huius potestatis a Deo acceptae, abusum esse auctoritatis Ecclesiae. Haec autem distinctio potestatum ut plane integra servaretur, Apostolica Sedes plurimum semper adlaboravit; et saecularium principum in rebus ecclesiasticis immixtionem, quae ***spectaculum novum*** et ***Arianae haeresis inventum*** a S. Athanasio[2] dicta fuit, sanctissimi quique Praesules aperte improbarunt; quos inter meminisse sufficiat Basilium Caesariensem, Gregorium Theologum, Ioannem Chrysostomum, et Ioannem Damascenum. Qui postremus aperte affirmabat[3] „neminem „sibi persuasurum Imperatoris edictis Ecclesiam „administrari; sed Patrum institutis regitur, sive ea „scripta sint, sive non scripta.“ Quapropter et oecumenici Concilii Chalcedonensis Patres[4] in causa Photii Episcopi Tyri aperte proclamarunt, ipsis assentientibus Imperatoris administris „contra regu„las nihil pragmaticum (hoc est imperiale decretum) „valebit; canones Patrum teneant.“ Et sciscitantibus iisdem administris „num haec de universis pragma„ticis decerni sancta Synodus vellet, quae in detri„mentum canonum facta sunt, Episcopi omnes respon„derunt: Universa pragmatica cessabunt: canones „teneant, et hoc a vobis fiat.“

39. Duo autem sunt in quibus laesa a Nobis imperialia iura dicuntur, videlicet quod modum in sacrorum Antistitum electione et institutione ser-

[1] Const. *Auctorem fidei* propos. 4.
[2] Hist. Arianor. ad Monach. n. 52.
[3] Orat. 2. de sacr. imaginib. n. 16.
[4] Concil. Chalced. Action. IV.

թիւնն ստէպ յիշեցընել: Ասով կ'ըլլայ որ իշխաններուն սեպհական կը մնայ քաղաքական իրաց վարչութիւնը, իսկ եկեղեցական իրերը բոլորովին քահանայից կը վերաբերին: Աս եկեղեցական իրաց կարգը դասելու է այն ամենայն՝ որ Եկեղեցւոյ արտաքին կոչուած հրահանգները սահմանելու եւ հաստատելու հարկաւոր է. վասն զի, ինչպէս Մեր բարեյիշատակ Նախորդը Պիոս Զ. սահմանեց[1], հերետիկոսական է ըսել թէ այս Աստուծմէ ընդունուած իշխանութեան գործածութիւնը՝ Եկեղեցւոյ իշխանութեան մէկ զեղծումն է: Առաքելական Գահը միշտ մեծ ջանքով աշխատած է որ այս երկու իշխանութեանց զանազանութիւնը բոլորովին անարատ պահուի, իսկ աշխարհական իշխանաց՝ եկեղեցական իրերու մէջ խառնուիլը, զոր նոր տեսարան եւ Արիանոսաց հերձուածոյն գիւտ[2], կը կոչէ Ս. Աթանաս, սուրբ եպիսկոպոսաց ամէնն ալ յայտնապէս մերժած են. որոնց մէջէն բաւական ըլլայ յիշել զԲարսեղ Կեսարացի, զԳրիգոր Աստուածաբան, զՅովհան Ոսկեբերան եւ զՅովհան Դամասկացի: Այս վերջինը յայտնապէս հաստատեց թէ “ոչ ոք կրնայ “զիս համոզել որ Եկեղեցին Ինքնակալին վճիռներովը կառավա“րուի, հապա Հարց սահմանադրութիւններովը կ'առաջնորդուի՝ “եթէ գրուած ըլլան եւ եթէ չգրուած[3],,: Անոր համար ալ Քաղկեդոնի տիեզերական ժողովոյն Հարքը Փոտիոսի Տիւրացւոց եպիսկոպոսին դատին նկատմամբ՝ նոյն իսկ Ինքնակալին պաշտօնէից հաւանութեամբը՝ գոչեցին. “Կանոնաց դէմ արքունի “հրովարտակ չ'արժեր. Հարց կանոնները հաստատուն մնան,,: Եւ երբ պաշտօնեաները հարցուցին թէ “ասով Հարք արդեօք “կանոնաց հակառակ եղած ամէ՞ն արքունի հրովարտակները “կ'իմանան,,. բոլոր եպիսկոպոսները պատասխան տուին թէ “Ամէն “արքունի հրովարտակները դադրին. կանոնները հաստատուն “մնան, եւ դուք ասիկա կատարեցէք,,[4]:

39. Երկու բան կայ՝ որոնց համար կ'ըսուի թէ Մենք արքունի իրաւանց վնաս բերած ըլլանք. այսինքն՝ մէյ մը հոգեւոր Առաջնորդաց ընտրութեան եւ հաստատութեան կերպն որոշե-

[1] Սահմ. ԶԱռաջնորդն հաւատոց. Նխդս. Դ:
[2] Պատմ. Արիան. առ Միանձ. Թ. 52:
[3] Ճառ. Բ. սուրբ պտկր. Թ. 16:
[4] Ժող. Քաղկ. Նիստ Դ:

vandum definiverimus, atque ecclesiastica bona, inconsulta Apostolica Sede, a Patriarcha alienari vetuerimus.

40. Iamvero quid magis ad ecclesiasticarum rerum ordinem pertinere dicendum est, quam Episcoporum electiones? Quas nullibi legimus in sacris litteris, principum aut populi arbitrio permissas, quas Ecclesiae Patres, oecumenica Concilia, apostolicae constitutiones ad potestatem ecclesiasticam pertinere semper et agnoverunt et sanxerunt. Si itaque cum agitur de Pastore ecclesiastico constituendo Apostolica Sedes modum definiat in iisdem electionibus peragendis servandum, qua ratione dici poterit summi Imperantis iura violasse, cum non alienae, sed sibi propriae potestatis iura exerceat? Est quidem eximia et venerabilis in populum sibi commissum Episcopi auctoritas; nil tamen est quod inde timeat civilis potestas, quoniam in Episcopo non inimicum sed assertorem habebit legitimorum iurium eiusdem Principis. Quod si propter humanam infirmitatem secus fieret, ipsa Apostolica Sedes in talem Episcopum a debita legitimo Principi fide et subiectione vere desciscentem animadvertere minime negligeret. Neque verendum, ne quis inimicum erga legitimum Principem gerens animum ad episcopalem dignitatem subrepat; multa enim iuxta Ecclesiae leges in iis, de quorum promotione agitur, antea inquiri solent, ut virtutibus praediti dignoscantur, quas in eis Apostolus requirit. His vero certe non polleret, qui deprehenderetur non servare praeceptum B. Petri Principis Apostolorum[1] „Subiecti estote omni humanae „creaturae propter Deum: sive regi quasi praecel„lenti, sive ducibus tamquam ab eo missis ad vin„dictam malefactorum, laudem vero bonorum; quia „sic est voluntas Dei, ut benefacientes obmutescere „faciatis imprudentium hominum ignorantiam; quasi

[1] 1. Petr. II. 13.

լով, մէյ մ՚ալ՝ արգելելով որ եկեղեցական ստացուածները չկարենայ Պատրիարքն օտարցընել՝ առանց Առաքելական Գահին հարցընելու:

40. Սակայն Եպիսկոպոսաց ընտրութենէն աւելի ի՞նչ բան կրնայ Եկեղեցական իրաց կարգին վերաբերիլ: Սուրբ Գրոց մէջ տեղ մը չենք կարդար որ այս ընտրութիւններն իշխանաց կամ ժողովրդեան հաճոյից թող տրուած ըլլայ. այլ Եկեղեցւոյ Հարք, տիեզերական ժողովները, առաքելական սահմանադրութիւնները միշտ ճանչցած ու վճռած են որ նոյնն Եկեղեցւոյ իշխանութեան կը վերաբերի: Արդ երբ որ եկեղեցական հովիւ մը դնելու խնդրոյն մէջ՝ Առաքելական Գահը սոյն ընտրութեան ատեն պահուելու կերպն որոշէ, ի՞նչպէս կրնայ ըսուիլ թէ վեհափառ Ինքնակալին իրաւունքը բռնաբարած ըլլայ, ուր չէ թէ օտարին՝ հապա իւր սեպհական իրաւունքն ի գործ կը դնէ: Ստուգիւ իրեն յանձնուած հօտին վրայ՝ Եպիսկոպոսին ունեցած իշխանութիւնը գերազանց ու յարգելի է. բայց ասկէ վախնալու բան չունի քաղաքական իշխանութիւնը. որովհետեւ յանձին Եպիսկոպոսի՝ աշխարհական իշխանին օրինաւոր իրաւանցը չէ թէ թշնամի, այլ պաշտպան կ՚ունենայ: Իսկ եթէ մարդկային տկարութեամբ այլազգ բան մը պատահի, Առաքելական Գահը զանց չ՚ըներ ամենեւին՝ պատուհասակոծ ընել այնպիսի եպիսկոպոսը, որն որ առ օրինաւոր իշխանն պարտաւոր եղած հաւատարմութեան ու հպատակութեան մէջ իրօք պակսի: Եւ ոչ իսկ երկիւղ կայ թէ գուցէ այնպիսի մէկն եպիսկոպոսական պատուոյ բարձրացուի, որ սրտին մէջ օրինաւոր իշխանին դէմ թշնամութիւն ունենայ. որովհետեւ ըստ օրինաց Եկեղեցւոյ՝ եպիսկոպոս ըլլալու անձանց վրայ յառաջագոյն շատ բաներ կը քննուին, որ Առաքելոյն իրենցմէ պահանջած առաքինութիւններով զարդարուած ըլլալնին երեւայ: Ստուգիւ սոյն առաքինութիւններն ունեցած չէր ըլլար մէկը՝ եթէ չպահէր Պետրոսի Առաքելապետին պատուէրը[1], թէ «Հնազանդ եղերուք ամենայն մարդկեղէն «ստեղծուածոյ վասն Տեառն. եթէ թագաւորի՝ իբրեւ առաւել «ումեք, եթէ դատաւորաց՝ իբրեւ ի նմանէ առաքելոց ի վրէժ«խնդրութիւն չարագործացն եւ ի գովութիւն բարեգործաց: «Զի այսպէս են կամք Աստուծոյ՝ բարեգործացն պապանձեցու«ցանել զանզգամ մարդոց զանգիտութիւն: Իբրեւ ազատս ըն-

[1] Ա. Պետր. Բ. 13:

„liberi et non quasi velamen habentes malitiae liber-„tatem, sed sicut servi Dei.“

41. Si autem, quod utile visum est primo Othomanorum in Constantinopolitana urbe dominatori eiusque successoribus, placeat civile quoque officium atque administrationem Episcopis aliisque e clero tribuere, non idcirco plena atque integra Ecclesiae potestas in eorumdem electione potest imminui. Absonum enim foret, ut caelestia terrenis, spiritualia civilibus posthaberentur et inservirent. Ceterum integrum semper esset summo Imperanti civilem personam et potestatem alteri tribuere, si quandoque ita expedire iudicaret, pleno tamen et libero manente catholicis Episcopis, ecclesiasticae potestatis exercitio. Id autem alias evenisse, quin etiam speciali diplomate celsissimi Imperatoris Othomanici anno **1857** factum fuisse, satis compertum est.

42. Quae quidem omnia cum iam Nostro nomine et mandato significata aperte fuerint Othomanicae Aulae a Ven. Fr. Archiepiscopo Thessalonicensi, cum legatione Nostra extraordinaria Constantinopoli fungeretur; a calumniosis hisce et obsoletis dicteriis refricandis cessandum omnino esse liquet, nisi qui ex adverso sunt invidiosi, et magis studiosi partium quam veritatis velint reputari.

43. Vehementissime autem admirati sumus, cum Nos impeti audivimus ob innovatam et confirmatam a Nobis legem circa bonorum ecclesiasticorum alienationem, quasi nedum imperialia iura invadere, verum et ipsa Ecclesiarum Armeniarum bona Nobis vindicare vellemus. Ecclesiastica bona ad ecclesias pertinere non minus certe quam civium bona ad cives, earumque sub potestate esse, non tam canones sanxerunt, quam ipsa naturalis ratio cuique suasit. Eorundem vero bonorum administrationem primis Ecclesiae saeculis Episcoporum arbitrio et conscientiae commissam, subsequentium Conciliorum decreta

«նել, եւ մի իբրեւ պատրուակ չարութեան ունել զազատու-«թիւն, այլ իբրեւ Աստուծոյ ծառայք»:

41. Իսկ եթէ ուզուի եպիսկոպոսներուն եւ կղերին մէջէն ուրիշներուն նաեւ քաղաքական պաշտօն եւ մատակարարութիւն յանձնել, ինչպէս որ Օսմանեանց նախ Կոստանդնուպոլիս նստող տիրապետին եւ անոր յաջորդներուն օգտակար երեւցած է, ատոր համար անոնց ընտրութեան մէջ Եկեղեցւոյ ունեցած լիակատար ու ամբողջ իշխանութիւնը չի կրնար ամենեւին նուազիլ: Վասն զի տգեղ բան եղած կ'ըլլար՝ եթէ երկնաւոր իրերն երկրաւորներէն եւ հոգեւորները քաղաքային իրերէն յետադաս ըլլային, եւ անոնք ասոնց ծառայէին: Կրնայ վեհափառ Ինքնակալը քաղաքական իշխանութիւնն ուրիշին տալ, եթէ այնպէս օգտակար համարի, սակայն կաթողիկեայ Եպիսկոպոսունք կարող պիտ'որ ըլլան իրենց եկեղեցական իշխանութիւնը լիուլի եւ ազատօրէն բանեցընել: Եւ ըստ բաւականին յայտնի է, որ երբեմն աս ասանկ պատահած է, մանաւանդ թէ Օսմանեանց վեհափառ Կայսեր առանձին հրովարտակովն իսկ եղած է 1857ին:

42. Եւ որովհետեւ այս ամենայն Մեր անուամբն ու հրամանաւը Օսմանեան արքունեաց յայտնապէս ծանուցուեցաւ Մեր Մեծարգոյ Եղբօր Թեսաղոնիկեցւոց Եպիսկոպոսին ձեռօքը՝ երբ Կոստանդնուպոլիս մեր կողմանէ արտաքոյ կարգի նուիրակ խաւրուեցաւ, անոր համար պէտք են բոլորովին դադրիլ վրանիս ձգուած այն հնոտի սնոտի զրպարտութիւնները, եթէ մէկը չ'ուզեր թշնամի եւ աւելի կողմնակցութեան՝ քան թէ ճշմարտութեան կողմն երեւալ:

43. Բայց շատ զարմացանք լսելով որ եկեղեցական ընչից օտարացուցման նկատմամբ եղած օրէնքը նորոգելնուս եւ հաստատելնուս պատճառաւ՝ զրպարտուեր ենք չէ թէ միայն իբրեւ արքունի իրաւանց յափշտակիչ, այլ եւ միանգամայն իբրեւ Հայոց Եկեղեցիներուն ստացուածները գրաւել ուզող: Ոչ միայն կանոնները կը հաստատեն, հապա նաեւ բնական բանն ալ կը սորվեցընէ թէ ինչպէս որ քաղաքացւոց ստացուածքը՝ քաղաքացիներուն, այնպէս ալ եկեղեցեաց ինչքը նոյն եկեղեցիներուն են եւ անոնց տէրութեան տակ: Այն ստացուածոց մատակարարութիւնը Եկեղեցւոյ առաջին դարերուն՝ եպիսկոպոսաց ազատ տրամադրութեան եւ խղճին թողուած էր. բայց յետոյ ժողովոց վճիռները չափաւորեցին, օրէնք դնելով եւ սահմանելով թէ

moderari non praetermiserunt, editis legibus quibus definiretur qua ratione et quas ob causas administratio gerenda foret, alienatio permittenda: qua in re, circumscripta est vetus illa Episcoporum potestas; et synodorum vel quandoque maiorum Praesulum prudenti arbitrio permissa. Cum vero satis adhuc consultum non videretur ecclesiasticorum bonorum indemnitati sive ob synodorum infrequentem celebrationem, sive alias ob causas, Apostolicae Sedis intercedere auctoritas debuit; qua cautum est ne ecclesiarum bona, inconsulto Romano Pontifice alienarentur.

44. Quod quidem ad earumdum utilitatem tam grave et necessarium visum est, ut ad eius legis observantiam, interposita iurisiurandi religione, electos ad cathedrales, metropoliticas, vel etiam patriarchales Ecclesias obstringere sese debere multo ab hinc tempore statutum sit. Et hoc quidem iuramentum ab Orientalis etiam ritus Patriarchis quoad bona mensae suae praestitum fuisse, ex quo primum ad catholicam veritatem et unitatem eorumdem Ecclesiae reversae sunt, acta testantur quae sunt in apostolicis Nostris archivis; et nemo unus ex eis est, qui legis praedictae observantiam iuramento non promiserit. Idipsum factum est et fit quotidie ab Episcopis latini ritus cuiuslibet gentis, regni vel reipublicae, quin umquam civiles potestates conquestae fuerint sua idcirco iura violari. Et merito: his enim legibus Romanus Pontifex nihil praesumit, nihil sibi arrogat; sed totus in eo est, ut spectata ecclesiarum utilitate vel in singulis casibus quid ab Episcopo fieri expediat, collatis consiliis definiat, vel ipsi Episcopo definiendi faciat potestatem; non dissimili ratione ac pater familias cum filiis suis agendum putaret. Quod autem, subiectis iam Patriarchis ea lege qua inconsulta Apostolica Sede, bona mensae suae alienare vetantur, hoc ipsum in Nostra Constitutione decernendum duxerimus de aliis eccle-

ինչ կերպով եւ ինչ պատճառներու համար մատակարարութիւնն ըլլալու է եւ ներուելու է օտարացուցումը: Այսպէսով եպիսկոպոսաց հին իշխանութիւնն ամփոփուեցաւ. եւ ժողովոց կամ երբեմն նաեւ աւագագոյն եպիսկոպոսաց խոհեմ դատման յանձնուեցաւ: Բայց եկեղեցական ստացուածոց անվնաս մնալը տակաւին բաւականապէս ապահովցած չըլլալով, թէ ժողովոց ցանցառ գումարուելուն եւ թէ ուրիշ պատճառաց համար, հարկ եղաւ որ Առաքելական Գահին իշխանութիւնը մէջ մտնէ, զգուշացընելով որ չըլլայ թէ եկեղեցական ստացուածք առանց Հռոմայ Քահանայապետին հարցընելու՝ օտարացուին:

44. Ասիկայ նոյն եկեղեցեաց օգտին համար այնչափ ծանրապէս հարկաւոր տեսնուեցաւ, որ շատ ատենէ վեր որոշուած է որ նոյն օրէնքը պահելու՝ երդման կապով պարաւանդուին ամէն եպիսկոպոսական, մետրապոլտական եւ նաեւ պատրիարքական Եկեղեցեաց առաջնորդութեան ընտրուած անձինք: Մեր Առաքելական դիւանաց մէջ պահուած արձանագիրք կը վկայեն, որ արեւելածէս պատրիարքներն իսկ իրենց եկեղեցիները Կաթողիկէ միութեան ու ճշմարտութեան դառնալուն պէս՝ նոյն երդումն ըրած են իրենց աթոռոյն մուտքին նկատմամբ, եւ իրենցմէ մէկը չկայ՝ որ նոյն օրինաց պահպանութիւնը երդմամբ խոստացած չըլլայ: Այսպէս ըրած են եւ կ'ընեն միշտ լատինածէս Եպիսկոպոսունք՝ ինչ ազգէ, թագաւորութենէ եւ հասարակապետութենէ որ ըլլան, եւ աշխարհական իշխանութիւններն երբեք չեն տրտնջած թէ ասով իրենց իրաւունքը կը բռնաբարուի: Եւ այս ալ իրաւամբ. վասն զի սոյն օրէնքներով Հռոմայ Քահանայապետն իրեն անձին անիրաւ գրաւում ու յափշտակութիւն մ'ըրած չ'ըլլար, հապա իւր միտքն այն է միայն՝ որ Եկեղեցեաց շահն ու օգուտը նկատելով՝ կամ մասնական դէպքերու մէջ իրարու խորհրդակցութեամբ որոշէ Եպիսկոպոսին օգտակարապէս ընելիքը, եւ կամ նոյն իսկ Եպիսկոպոսին տայ որոշելու ազատութիւնը. այնպէս ինչպէս ընտանեաց հայր մը իւր որդւոց հետ աս կերպով վարուիլը պատշաճ համարած ըլլար: Իսկ թէ առանց Առաքելական Գահին հարցընելու՝ հպատակ պատրիարքաց իրենց աթոռոյն ինչքն օտարացընելու նկատմամբ տրուած արգելքին նաեւ ուրիշ եկեղեցական ընչեց վրայ ալ տարածուիլը պատշաճ համարեցանք որոշել Մեր սահմանադրութեամբը, չէ կրնար

siasticis bonis, id non sine gravissimis causis, de quibus optime novimus Deo a Nobis reddendam rationem, factum fuisse, nemo unus qui recta iudicare velit poterit suspicari. Novisse sufficiat, quod profecto quisque sapiens intelliget, Ecclesiarum indemnitati, et bonorum ecclesiasticorum conservationi eo pacto tutius et efficacius consultum esse, quin legitimis cuiusque iuribus praeiudicium fuerit illatum per memoratam Nostram Constitutionem.

45. Quomodo vero hisce Nostris decretis summi Imperantis iura uti aiunt laesa fuerunt, ingenue fatemur Nos nullo pacto intelligere; tantum abest ut hoc vel voluerimus, aut fieri posse existimaverimus. Nam si dici non potest, iisdem iuribus repugnare eam potestatem, qua pollent in ipso Othomanico imperio Patriarchae et Episcopi circa bonorum ecclesiasticorum procurationem, neque iisdem repugnare dicenda illa est, quam Apostolica Sedes pro suo debito et iure exerit, cum modum praefinit, sua etiam auctoritate interveniente, quo sacrorum Antistites ea uti debeant, ut sit in aedificationem non in destructionem. Quo pacto provisum a Nobis fuisse patet bonorum ipsorum incolumitati, remque utilem quam maxime futuram ecclesiis catholicis quae per Orientem constitutae sunt: quod ubi contentiones deferbuerint, omnes agnoscent; posteri autem, si tamen hae leges religiose custodiantur, procul dubio experientur. Cum vero libertatem illarum summus Imperans Othomanicus decretis suis asseruerit, earumque patrocinium se gerere humanissime Nobis significaverit, non dubitamus, quin re inspecta qualis revera est, et disiectis superstructis adversantium calumniis, laetari potius debeat quam dolere de his, quae in evidentem illarum utilitatem cessura sunt.

46. Neque minus calumniosum est commentum illud a recentioribus quibusdam excogitatum, et ab Orientalibus dissidentibus percupide exceptum, qui

ուղիղ դատաստան ընել ուզողը տարակուսիլ՝ որ աս բանս ծանր պատճառներէ շարժած ըրինք, որոնց վրայ Աստուծոյ համար տալիքնիս աղէկ գիտենք: Նաեւ բաւական է գիտնալ — եւ անշուշտ իմաստուն եղողն ալ կ'իմանայ — որ այսպէս Եկեղեցեաց անվնաս մնալուն եւ եկեղեցական ստացուածոց պահպանութեան՝ ապահով ու գործունեայ կերպով զգուշացուած է՝ առանց մէկու մը օրինաւոր իրաւանց Մեր յիշեալ Սահմանադրութեամբ վնաս հասցուած ըլլալու:

45. Բայց թէ ինչ կերպով Մեր վճիռներովը վեհափառ Ինքնակալին իրաւանց, ինչպէս կ'ըսեն, վնաս հասած ըլլայ, անկեղծութեամբ կը խոստովանինք որ չենք կրնար ամենեւին ըմբռնել, թող թէ այսպիսի բան մը կամ ուզել եւ կամ կարելի կարծել: Վասն զի եթէ չի կրնար ըսուիլ թէ կը հակառակի նոյն իրաւանց այն իշխանութիւնը՝ զոր Օսմանեան պետութեան մէջ Պատրիարքներն ու Եպիսկոպոսներն ունին եկեղեցական ընչից հոգաբարձութիւնն ըրած ատեննին, նոյնպէս չի կրնար ըսուիլ որ անոնց հակառակի Առաքելական Գահին իշխանութիւնը՝ զոր ի պարտուց եւ յիրաւանց ի գործ կը դնէ սահմանելով իւր հեղինակութեամբը թէ ինչ կերպով պէտք են հոգեւոր Առաջնորդները զանոնք գործածել, որպէս զի ըլլայ ի շինութիւն եւ ոչ թէ ի կործանումն: Յայտնի է որ այս եղանակաւ ստացուածոց անվնաս մնալուն հոգ տարած ենք, եւ նոյնը շատ օգտակար բան պիտ'որ ըլլայ Արեւելք՝ հաստատուած ուղղափառ Եկեղեցիներուն: Այսկայ ամէնքը կ'իմանան գժտութեանց եռանդը մարելէն ետեւ, իսկ ետքէն եկողներն անտարակոյս փորձով ալ պիտի տեսնեն, միայն թէ սոյն օրէնքները ճշդիւ պահուին: Բայց որովհետեւ Օսմանեանց Վեհապետն այս եկեղեցեաց ազատութիւնն իւր վճիռներովը հաստատեց եւ անոնց պաշտպան կենալը մարդասիրութեամբ Մեզի յայտնեց, չենք տարակուսիր որ իրաց ինչպէս ըլլալը տեսնուելէն եւ հակառակորդաց անոնցմէ հանած զրպարտութիւնները մերժուելէն ետեւ, աւելի ուրախանայ՝ քան թէ տրտմի այն բաներուն վրայ, որոնք նոյն եկեղեցեաց ակնյայտնի օգտակար ու շահաբեր պիտ'որ ըլլան:

46. Նոյնից նուազ զրպարտական չէ այն մեկնութիւնն ալ՝ զոր նորերէն ոմանք հնարեցին եւ երկպառակեալ Արեւելեանք ամենայն սիրով ընդունեցան, որոնք Հռոմայ Քահանայապետը՝

Romanum Pontificem, qua Christi Vicarius est, traducere non erubuerunt uti *externam* quamdam auctoritatem, quae interiori regnorum et nationum regimini sese inserat: quod omnino prohibendum aiunt ut sarta tecta summo Imperanti sua iura maneant, et omnis occludatur via, ne alii principes ad similia audenda incitentur.

47. Iamvero quantum haec falsa sint, quantum a recta ratione aberrent, et a catholicae Ecclesiae divina ordinatione facile est intelligere. Falsum enim imprimis est Romanos Pontifices a limitibus suae potestatis recessisse, vel in regnorum civilem administrationem sese inseruisse, et iura Principum usurpasse. Quod si idcirco ea calumnia Romani Pontifices notantur, quod de Episcoporum et sacrorum Ecclesiae ministrorum electionibus, vel causis, aut de aliis quibuslibet ad ecclesiasticam disciplinam, etiam quam exteriorem vocant, pertinentibus aliquid decernant, alterutrum est admittendum vel ignorari scilicet vel reiici divinam ideoque immutabilem catholicae Ecclesiae ordinationem. Haec quidem stabilis semper mansit et manebit: neque ullo pacto exigi potest, ut mutationibus sit obnoxia, iis praesertim in locis, in quibus propria catholicae religioni libertas atque securitas imperialibus etiam summi Principis decretis asserta fuit. Cum enim catholicae fidei dogma sit, unam esse Ecclesiam, et Romanum Pontificem esse eiusdem caput, et omnium christianorum patrem ac doctorem existere, is certe nulli ex Christianis, nulli ex peculiaribus Christianorum Ecclesiis extraneus dici poterit, nisi forte quis contendere vellet, membris extraneum esse caput, filiis patrem, discipulis magistrum, gregi pastorem.

48. Caeterum qui *extraneam auctoritatem* appellare non dubitant Apostolicam Sedem, Ecclesiae unitatem ea loquendi ratione discindunt, vel eius discindendae occasionem praebent, quoniam B. Petri

ըստ որում Քրիստոսի փոխանորդն է, չամչցան իբր *արտաքին իշխանութիւն* մը ցուցընել, որ թագաւորութեանց եւ ազգաց ներքին կառավարութեան միջամուխ կ'ըլլայ. եւ կ'ըսեն թէ այս բանս բոլորովին խափանելու է, որպէս զի վեհափառ Ինքնակալին իրաւունքներն անթերի ու անարատ մնան, եւ ուրիշ իշխանաց ալ ամէն ճամբայ գոցուի ասոր նման բաներու յանդգնութեամբ ձեռք զարնելու:

47. Դիւրին է իմանալ թէ ասոնք ինչչափ սուտ են, որչափ յուղիղ բանէ եւ Կաթողիկէ Եկեղեցւոյ աստուածային սահմանադրութենէն հեռու: Վասն զի սուտ է նախ՝ որ Հռոմայ Քահանայապետք իրենց իշխանութեան սահմաններն անցած կամ թագաւորութեանց քաղաքական վարչութեան մէջ խառնուած եւ իշխանաց իրաւունքներն յափշտակած ըլլան: Իսկ եթէ այս զրպարտութիւնները Հռոմայ Քահանայապետաց վրայ անոր համար կը դրուին, որ Եպիսկոպոսաց եւ Եկեղեցւոյ հոգեւոր պաշտօնէից ընտրութեան կամ դատերուն կամ ուրիշ որեւիցէ Եկեղեցւոյ նաեւ արտաքին անուանեալ հրահանգին նկատմամբ ինչ ինչ կ'որոշեն, պէտք է երկուքէն մէկն ընդունիլ, այսինքն թէ՝ կամ չի ճանչցուիր Կաթողիկէ Եկեղեցւոյ աստուածային եւ ըստ հետեւորդի անփոփոխական սահմանադրութիւնը, եւ կամ նոյնը կը մերժուի: Ինչու որ այս սահմանադրութիւնը միշտ հաստատուն մնացած է եւ պիտի մնայ, եւ ոչ իսկ կրնայ ամենեւին պահանջուիլ որ փոփոխութեան տակ իյնայ, մանաւանդ այն տեղերը՝ ուր կաթուղիկէ Կրօնին սեպհական ազատութիւնն ու ապահովութիւնը՝ վեհափառ Ինքնակալին արքունի հրովարտակներովն ալ հաստատուած է: Վասն զի երբ որ կաթողիկէ հաւատոյ վարդապետութիւնն է, որ Եկեղեցին մի է, եւ Հռոմայ Քահանայապետն անոր գլուխն է եւ ամենայն քրիստոնէից հայրն ու վարդապետը, չի կրնար ստուգիւ ինք ոչ քրիստոնէիցմէ մէկուն եւ ոչ քրիստոնէական մասնաւոր եկեղեցիներուն մէկուն նկատմամբ արտաքին ըսուիլ, բայց եթէ մէկը գուցէ պնդել ուզէ թէ օտար է գլուխն՝ անդամներէն, հայրն՝ որդւոցմէ, վարդապետն՝ աշակերտներէն, հովիւն՝ իւր հօտէն:

48. Իսկ անոնք՝ որոնք զԱռաքելական Աթոռն *արտաքին իշխանութիւն* անուանել կը յանդգնին, այսպէս ըսելովն՝ Եկեղեցւոյ միութիւնը կը պատռեն կամ այն միութիւնը պատռելու առիթ կու տան. վասն զի նովին իսկ՝ Երանելւոյն Պետրոսի յաջոր-

successori et titulum et iura universalis Pastoris eo ipso denegant; deficientes idcirco vel a debita catholicae Ecclesiae fide, si eiusdem filiis ipsi accenseantur, vel debitam eidem libertatem impetentes, si foris sint. Christus enim Dominus aperte tradidit[1], et scire et audire oves vocem pastoris, eumque sequi; ab *alieno* autem fugere, *quia non noverunt vocem alienorum.* Si itaque extraneus, hoc est alienus alicui peculiari Ecclesiae dicatur Summus Pontifex, aliena proinde et ipsa erit ab Apostolica Sede, hoc est ab Ecclesia catholica; quae una et sola est super Petrum voce Domini fundata. A quo fundamento qui eam seiungunt, non iam divinam et catholicam servant, sed *humanam conantur ecclesiam facere*[2]; quae utpote humanis tantum nationalitatis uti aiunt vinculis colligata, neque sacerdotum cathedrae B. Petri firmiter adhaerentium glutino copularetur, neque in eiusdem solidaretur firmitate, neque esset iuxta connexam et ubique coniunctam Ecclesiae catholicae unitatem.

49. Haec omnia Ven. Fratres ac dilecti Filii in praesenti rerum discrimine vobis scribenda duximus, qui coaequalem sortiti estis Nobiscum fidem in iustitia Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, ut vestram excitaremus in commonitione sinceram mentem. Videtis enim apud vos etiam impleri quod sancti Dei Apostoli dudum praedixerant, venturos scilicet in novissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes. Studete igitur, ne transferamini ab eo qui vos vocavit in gratiam Christi in aliud evangelium; quod non est aliud nisi sunt aliqui qui vos conturbant, et volunt convertere evangelium Christi. Vere enim evangelium Christi convertere volunt, qui positum ab eodem Christo Deo Ecclesiae suae fundamentum submovere conantur; et universalem curam pascendi oves et agnos B. Petro in evangelio commissam vel negant vel

[1] Ioan. X. 5.   [2] S. Cyprian. epist. ad Antonian. n. 24.

դին կը զլանան ընդհանրական Հովուի թէ յորջորջումը եւ թէ իրաւունքները. ասով կամ Կաթողիկէ Եկեղեցւոյ պարտաւոր հաւատքէն կը պակսին՝ եթէ անոր որդւոցը թուոյն մէջն են, եւ կամ եթէ դուրսն են՝ անոր պէտք եղած ազատութիւնը կը յափշտակեն: Վասն զի Քրիստոս Տէրն մեր յայտնի աւանդեց թէ Ոչխարքն Հովուին ձայնը թէ կը ճանչնան եւ թէ կը լսեն եւ անոր ետեւէն կերթան. իսկ *օտարէն* կը փախչին. *վասն զի օտարին ձայնը չեն ճանչնար*[1]: Ուստի եթէ Ծայրագոյն Քահանայապետը մասնաւոր Եկեղեցւոյ մը նկատմամբ արտաքին, այսինքն օտար՝ համարուի, ուրեմն նոյն եկեղեցին ալ պէտք է օտար համարուիլ Առաքելական Գահէն, այս է՝ կաթողիկէ Եկեղեցիէն, որ մի միայն է եւ Պետրոսի վրայ հաստատուած՝ Տեառն մերոյ խօսքովը: Այս հիմէն զԵկեղեցին բաժանողները, ալ աստուածային եւ կաթողիկէ Եկեղեցին չեն պահեր, հապա կը ջանան *մարդկային եկեղեցի մը շինել*[2], որ ազգայնութեան ըսուած մարդկային կապերով միայն կապուած ըլլալուն՝ ոչ Երանելւոյն Պետրոսի աթոռոյն սերտիւ յարած քահանայից զօդիւը կը միաւորի, ոչ անոր պնդութեամբը կը զօրանայ եւ ոչ ալ միացեալ կ'ըլլայ ըստ կաթողիկէ Եկեղեցւոյ սերտ եւ ամէն կողմ սեղմ կապուած միութեանը:

49. Մեծարգոյ Եղբարք եւ սիրելի Որդեակք, երբոր հիմայ այն վտանգաւոր վիճակին մէջ գտնուելով, պատշաճ համարեցանք այս ամենայն գրել ձեզի, որ հանդիսապատիւ մեզ հասէքդ հաւատոյ՝ յարդարութիւն Աստուծոյ մերոյ եւ Փրկչին Յիսուսի Քրիստոսի (Բ. Պետր. Ա. 1), որպէս զի յորդորմամբ ձեր անկեղծ միտը զարթուցանենք: Վասն զի կը տեսնէք որ ձեր մէջն ալ կատարուեցան Աստուծոյ սուրբ Առաքեալներուն յառաջագոյն ըսածը, թէ “Յաւուրս յետինս եկեսցեն արհամար-“հողք, այպանողք, որ ըստ իւրեանց ցանկութեանց գնասցեն,,: Ուրեմն զգոյշ եղէք որ “չփոփոխիք յայնմանէ, որ կոչեաց զձեզ “ի շնորհս Քրիստոսի՝ յայլ աւետարան: Որ ոչ գոյ այլ. բայց “եթէ իցեն ոմանք՝ որ խռովեցուցանիցեն զձեզ եւ կամիցին շըր-“ջել զաւետարանն Քրիստոսի,,: Արդարեւ Քրիստոսի աւետարանը կործանել կ'ուզեն անոնք որ Քրիստոսի Աստուծոյ՝ իր Եկեղեցւոյն դրած հիմը մէկդի վերցընել կ'աշխատին, եւ աւետարանին մէջ Երանելւոյն Պետրոսի յանձնուած՝ ոչխարքն ու

[1] Յովհ. Ժ. 5:   [2] Ս. Կիպր. Թղթ. առ Անտոն. Թ. 34:

evacuant. Equidem „fieri haec Dominus permittit et „patitur[1], manente propriae libertatis arbitrio, ut dum „corda vestra et mentes vestras veritatis discrimen „examinat, probatorum fides integra manifesta luce „clarescat.” Eos tamen in peius quotidie proficientes vos devitare opus est iuxta praeceptum Apostoli; et neminem talibus communicantem ad vestrum recipere qualibet subreptione consortium, uti hactenus praeclare constanterque fecistis, ut catholicam fidem in cordibus vestris intemeratam servetis.

50. „Sed neque vos quisquam circumvenire per- „tentet, uti a veteribus schismaticis factum est[2], quod „dicant *non de religione sed de moribus esse cer- „tamen*, vel Apostolicam Sedem non causam com- „munionis catholicae fideique tractare, sed iniuriam „dolere, cur videatur ab (eis) fuisse contempta; quo- „niam haec et huiusmodi, quatenus simplices quosque „decipiant, hi qui in errore sunt positi spargere non „quiescunt.“ Manifestum enim iam est ex eorum declarationibus, et scriptis quoque in vulgus editis, aperte impugnari primatum iurisdictionis a Christo Domino in persona B. Petri Apostolicae huic Sedi tributum, dum illius exercendi in Ecclesias ritus Orientalis ius impetitur: cuius proferendi erroris turbulentis aut imperitis mentibus occasio seu praetextus, non autem causa esse potuit aut potest memorata Constitutio Nostra. „Sedes autem Apo- „stolica[3] in tantum non contumeliam dolet, sed fidem „defendit, communionem sinceram, ut hodie cuncti „qui in eius visi sunt prorupisse despectum, si ad „integritatem fidei communionisque catholicae—vere et „ex animo poenitentes—revertantur, secundum regu- „larum tramitem paternarum toto cordis affectu „venientes et plena charitate suscipiat.“ Quod ut

1 S. Cyprian. Lib. de Unit. Eccles. n. 10.
2 S. Gelasius epist. 18. ad Episc. Dardan. n. 6.
3 S. Gelasius loc. cit.

դառնինքն արածելու ընդհանուր հօտը կամ կ'ուրանան եւ կամ պարապի կը հանեն։ Արդարեւ «Աստուած թոյլ կու տայ եւ կը «ներէ որ այս ամենայն ըլլայ, անձնիշխանութիւնն ազատ թողլով, «որպէս զի երբ որ ճշմարտութեան դատաստանը ձեր սիրտն ու «միտքը քննէ՝ ընտրելոց անարատ հաւատքը պայծառ լուսով «շողայ[1]»։ Իսկ անոնցմէ՝ որ օրէ օր ի չարիս յառաջադէմ կ'ըլլան, պէտք է որ խորշիք՝ Առաքելոյն հրամանին համեմատ, եւ անանկներուն հետ հաղորդակցութիւն ընողներէն եւ ոչ մէկը՝ ինչ կերպով որ սպրդին մտնեն՝ ձեր ընկերութեան մէջ ընդունիք, ինչպէս որ մինչեւ հիմայ քաջութեամբ եւ հաստատութեամբ ըրիք, որպէս զի սրտերնուդ մէջ ուղղափառ հաւատքն անարատ պահէք։

50. «Սակայն ոչ ոք զձեզ խաբել փորձէ, ինչպէս որ հին «հերձուածողներն ըրած են, ըսելով թէ *վէճը կրօնի վրայ չէ,* «*հապա բարուց վրայ*, կամ թէ՝ Առաքելական Գահուն ըրածը՝ «կաթողիկէ հաղորդութեան եւ հաւատոց պատճառաւ չէ, հա- «պա անոնցմէ արհամարհուած երեւնալով՝ անիրաւութիւն կրե- «լուն վրայ կը ցաւի. ինչու որ աս եւ ասոնց նման բաներ սերմա- «նելէն չեն դադրիր մոլորեալք, որպէս զի միամիտները խա- «բեն[2]»։ Վասն զի արդէն իրենց յայտարարութիւններէն եւ ժողովրդեան մէջ հրատարակած գրութիւններէն յայտնի եղած է որ համարձակ կը հակառակին ի Քրիստոսէ Տեառնէ մերմէ յանձն Երանելոյն Պետրոսի սոյն Առաքելական Գահին շնորհուած իրաւասութեան գլխաւորութեան՝ նոյնն արեւելածէս Եկեղեցեաց վրայ բանեցնելու իրաւունքն իրեն զլանալով։ Իսկ սոյն մոլորութիւնը յառաջ բերելու համար խռովարար կամ տգէտ միտքերու առիթ կամ պատրուակ կրցաւ ու կրնայ ըլլալ Մեր վերոյիշեալ սահմանադրութիւնը, չէ թէ պատճառ։ «Բայց «թէ Առաքելական Գահը[3] չէ թէ ընդունած թշնամանացը վրայ «կը ցաւի, հապա հաւատքն ու անխարդախ հաղորդութիւնը կը «պաշտպանէ, անկից ալ կը տեսնուի որ եթէ զինքն արհամարհե- «լու յանդգնողներուն ամէնքն ալ՝ այսօր կատարեալ կաթողի- «կէ հաւատոյ եւ հաղորդութեան դառնան — ճշմարտութեամբ «ու սրտանց ապաշխարելով — կանոնաց համեմատ բոլոր հայրա- «կան սրտին գթովը ու լի սիրով եկողները կ'ընդունի»։ Եւ որպէս զի ողորմածն Աստուած անիկայ հաճի շնորհել՝ թէ

1 Ս. Կիպր. Վասն մի. Եկ. (Հայ. էջ 15.)
2 Ս. Գելաս. թղթ. ԺԸ. առ Եպիսկոպոսունս Դարդանիայ, թ. 6։
3 Ս. Գելաս. անդ։

piissimus Deus indulgere dignetur et Nos in humilitate cordis Nostri iamdiu enixe flagitamus, atque ut vos etiam idem faciatis, et desideramus et volumus.

51. De cetero, Ven. Fratres et dilecti Filii, confortamini in Domino et in potentia virtutis eius: accipite armaturam Dei ut possitis stare in die malo, sumentes in omnibus scutum fidei; neque animam vestram faciatis pretiosiorem quam vos. Mementote Maiorum vestrorum, qui exilia et carceres et ipsam mortem perpeti non timuerunt, ut praeclarissimum verae et catholicae fidei donum et sibi et vobis conservarent: probe enim sciebant, non illos timendos esse qui occidunt corpus, sed eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Omnem proinde sollicitudinem vestram proiicite in Deum; ipsi enim cura est de vobis, et non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. In quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus, ut probatio vestrae fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inveniatur ad laudem et gloriam et honorem in revelatione Iesu Christi. Obsecramus denique vos per nomen eiusdem Dei et Salvatoris nostri, ut idipsum et dicatis et faciatis omnes, et sitis perfecti in eodem sensu et in eadem sententia, solliciti servare unitatem fidei in vinculo pacis. Et pax Dei quae exsuperat omnem sensum custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Iesu Domino nostro: cuius nomine et auctoritate Apostolicam Benedictionem Vobis, Ven. Fratres ac dilecti filii, in communione et obedientia Apostolicae Sedis perseverantibus peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die sexta Ianuarii anno MDCCCLXXIII Pontificatus Nostri anno vigesimoseptimo.

PIUS PP. IX.

Մենք խոնարհութեամբ սրտի Մերոյ թախանձելով կաղաչենք երկայն ատենէ վեր եւ թէ կը բաղձանք եւ կ'ուզենք որ դուք ալ նոյնն ընէք:

51. «Այսուհետեւ, Մեծարգոյ Եղբարք եւ Սիրելի Որդեակք, զօրացարուք Տերամբ եւ կարողութեամբ զօրութեան նորա. եւ զգեցարուք զսպառազինութիւնն Աստուծոյ, զի կարող լինիջիք ի դիմի հարկանել չարին յաւուրն չարութեան, եւ ի վերայ ամենայնի առէք զվահանն հաւատոյ». եւ «Մի ինչ համարեսջիք զանձինս ձեր պատուականս քան զձեզ» (Գործ. Ի. 24. ըստ լա.)։ Յիշեցէք ձեր նախնիքը, որոնք տարագրութիւն, բանտարգելութիւն եւ մահ իսկ քաջութեամբ յանձն առին, որպէս զի ճշմարիտ եւ կաթողիկէ հաւատոյ մեծագանձ պարգեւն իրենց եւ ձեզի պահեն. վասն զի քաջ գիտէին թէ պէտք չէ վախնալ մարմինը սպանողներէն, հապա Անկէ՝ որ կրնայ մարմինն ու հոգին ալ կորուսանել ի գեհենի: Ուստի եւ ձեր ամէն հոգն Աստուծոյ ձգեցէք. ինք զձեզ կը հոգայ եւ թող չի տար որ ձեր կարողութենէն վեր փորձուիք, հապա փորձութեան հետ յաջող ելքն ալ կու տայ, որպէս զի կարենաք դէմ դնել: Անով պիտ'որ ուրախանաք, թէեւ հիմայ ըստ պատշաճի իրացդ պէսպէս փորձութիւններով քիչ մը տրտմած էք. որպէս զի ձեր հաւատոյ հանդէսը՝ որ կորստական ոսկիէ աւելի է, հրով փորձուելով՝ ըլլայ ի գովութիւն եւ ի փառս եւ ի պատիւ ի յայտնութեանն Յիսուսի Քրիստոսի: Ուրեմն կ'աղաչենք զձեզ յանուն Աստուծոյ եւ Փրկչին մերոյ որ դուք ամէնքնիդ ալ նոյնն ըսէք եւ նոյնն ընէք, եւ կատարեալ ըլլաք միով հոգւով ու մօք՝ փոյթ տանելով հաւատոյ միութիւնը պահելու խաղաղութեան յօդիւ: Եւ Աստուծոյ խաղաղութիւնը՝ որ ամէն մտքէ վեր է, ձեր սիրտն ու միտքը պահէ ի Քրիստոս Յիսուս ի Տէր մեր, որուն անուամբն ու իշխանութեամբը կուտանք ամենայն սիրով Մեր Առաքելական Օրհնութիւնը ձեզի՝ Մեծարգոյ Եղբարք եւ սիրելի Որդեակք, որ Առաքելական Գահին հաղորդութեան եւ հնազանդութեան մէջ կը յարատեւէք:

Տուեալ ի Հռոմ, առ Ս. Պետրոսի, ի 6 Յունուարի, յամի 1873, Մեր Քահանայապետութեան քսանուեօթներորդ տարին:

ՊԻՈՍ Թ. ՔԱՀԱՆԱՅԱՊԵՏ

ՀՀ Ազգային գրադարան
NL0685801

5m